POSTREMA ÆTAS VETERIS PISANI LYCEI

AB AN. SAL. MDV.

Uſque ad Mediceum Principatum auſpicatiſſime conſtitutum

OPUSCULUM DUODECIMUM

AUCTORE

STEPHANO MARIA FABBRUCCIO

PISANO ANTECESSORE

ACADEMICO SEPULTO.



A

STruebant invicem sibi clandestinas insidias, mutuasque etiam inter sese hostilitates palam exercebant, initio *Sextidecimi seculi*, Florentini Pisanique Populi; (*a*) Isti pro tuenda libertate, sibi a *Carolo* Rege Gallorum hujus nominis *Octavo*, curante potissimum *Simone Orlandio*, factioso, ac malesuado cive, si non temere omnino, saltem non satis instructo, certo deliberatoque animo concessa; (*b*) Illi pro recuperando Pisanæ Ditionis Dominatu, jam ab Anno 1405. legitimo emptionis titulo, ac subsequuti belli jure sibi acquisito. (*c*) Et quamvis satis ita disponentibus, sub Anno 1509. iterum pro Florentinis prospere cesserint res, tamen Ærariis utrimque exhaustis, ac mentibus aliò avocatis occupatisque, nihil minus quam de Studii illius prosequutione cogitatum, quod ab initio diversum ac separatum, in unum coaluerat, sed parum, aut nihil utrobique, infelicissimis hisce temporibus, vigebat.

In Florentino (quòd ex Instituto nostro proprie, & ex professo, ad nos non pertinet) pauci illi florebant, in paucissi-

 mis

(a) *Blas. Bonaccurs. in Diar.* = *Franc. Guicciard. in Histor. Italic. Lib.* 3. = *Scip. Ammirat. Lib.* 28. *&c.* (b) *Philipp. Comin. de Bell. Neapolit. Lib.* 1. = *Paul Jov. Lib.* 2. *Histor.* = *Id Guicciard. Lib.* 1.
(c) *D. Ammirat. Lib.* 17. *sub præd. An.* 1405. *&* 1406. = *Philip. Nerl. Comment. Urban. Lib.* 2. = *Bernard. Oricellar. de Bell. Pisan.*

mis illis Cathedris, in prima Solemni Studiorum translatione, commodo Civium Florentiæ reservatis; & hoc præcipue Tempore....

§. *Marcellus Dom. Virgilii Adriani* Nob. Florent. in Cathedra Poetices, & Oratoriæ: quam veluti hereditariam ad Jo: Baptistam Filium, & Marcellum Juniorem Nepotem transmisit, (*a*) Eum græce latineque doctissimum fuisse, ex eo præsertim elicit Eruditiss. *Bruker*, quod Versionem, & Commentaria in *Dioscoridem* adornaverit, & ex ipso, Vir & ipse peritissimus *Nicol. Machiavellius* Græcæ, Latinæque linguæ flores excerpserit, quos scriptis suis insereret. (*b*)

§. *Bartholomæus Fontius*, non exterus ille a Tridentinis Patribus in suo Librorum Indice proscriptus; sed nostras, Montis Muruli Plebi Præpositus, de quo merito cecinit *Verinus*....

„ Fontius est Rhetor, Pubis Moderator Hetruscæ,
„ Judicio, & nulli morum probitate secundus: (*c*)

Quem Rhetorem illustrem appellat etiam *Ficinus*; Poetam insignem *Crescimbenius*; Virum multiplicis selectissimæque eruditionis, passim gravis limatique judicij Scriptores nuncupant: (*d*) qualem, revera, nobis

(a) *Jacob. Rillius in Notit. Academ. Florent.* = *Jul. Negr. in Biblioth. Scriptor. Florentinor.* = (b) *Tom. IV. Histor. Philosoph. Part. 2.* = *Aloys. Morer. in Dictionar.*
(c) *In Lib. Secund. De Illustrat. Flor.*
(d) *Jo. Albert. Fabric. in Biblioth. Med. & Infim. Ætat. Lib. VI.* = *Daniel Georg.* Mo-

nobis exhibent varia Ipsius Opera, videlicet *in Persium Comment*: = *In Poem. Argonautar. C. Valer. Flaccii* = *Annal. nuper e Riccardiana a Clar. Lamio publici Juris facti*. (a)

§. *Nicolaus Angelius Bucinensis*, Balthassaris Filius, a Pocciante nostro, & a Laudato Viro *Antonio Francinio* tanquam doctissimus jure optimo celebratus: cujus extant, inter Editiones Junctarum, *In Macrobii Saturnalia*, *& aliæ nitidissimæ Præfationes Nuncupationesque*; & cujus præclara Institutione habuit quod olim, inter ceteros, maxime gloriaretur *Clar. Augustinus Dathius Senensis*; sicuti ejus Humanarum Literarum Professione *Senense ac Florentinum Gymnasium*. (b)

§. *Franciscus Sirigattius* Florentinus, Vir in Mathematicis Disciplinis versatissimus: cujus Libros *De Orta*, *& Occasu Signorum*, *ex Jos. Simlero in Epit. Gesnerii*, in Biblioth. sua *Negrius*, & Clariss. *Georg. Vivian. Marches.* commemorant; (c) & quem distinctiori enunciatione in prædictis Libris contentorum, acceptissimæque Dedicationis *Leoni X.* factæ, illustriorem reddit Erudit. Præsul *Bernardinus Baldius*. (d)

§. Mag. *Lucas Pacciolus* ex Nobili Oppido Burgi S. Sepulchri, ex Religiosa Fa-

A 3 milia

Morhof. in Tom. I. Polysth. = *Bened. Philolog. in Edit. C. Valer. Flacc.* (a) *In Decad. Riccardian. Biblioth. Pag.* 192.

(b) *Cosm. Bartol. in Sermon. Academic.* = *Angel. M. Bandin. in Specimin. Liter. Tom. II. pag.* 64. *&* 82. (c) *Marches. in prim. Part. Mus. Honor. in Verb. Sirigatt.*

(d) *In Chronic. Mathematic.*

milia Minorum *S. Francisci*, quem, recensitis ejus Mathematicis Elucubrationibus, in Doctrina maxime concelebrant *Lucas Wadingus*, atque *Hannibalis Chari* testimonio usus, prælaudatus *Bernardinus Baldius*, (*a*) quamvis loquutionis barbariem in eo damnent: in eo magis ipsi damnandi, quod Historicorum partem agentes, Florentinam hanc Cathedram, quam cum laude, & cum lauto Florenorum Centum emolumento rexit, ambo reticent. Ab omni encomio, & censura prorsus abstinens, Ipsius Orationem præliminarem ad Explicationem *V. Libri Euclidis* habitam Anno 1508. Venetiis in Ecclesia S. Bartholomæi, commemorat Eruditiss. *Jo: de Augustinis Minoris Observantiæ Cœnobita, & celebri Bibliothecæ S. Marci a Vineis Præfectus*. (*b*)

§. *Euphrosinus Boninius Florentinus*, perperam a *Pocciante*, ac *Negrio* (*c*) Lyceo Pisano tribuitur; nisi quatenus Pisanum Florentiæ diversabatur, Pisas aliquando rediturum. Florentiæ congruo stipendio Humanas Literas profitebatur: (*d*) Vir utique cultus e Politiani Auditorio profectus, & in ipsa Adolescentia adeo præstans, ut in Solemni Studiorum Renovatione Anni 1497. in Metropolitana Ecclesia Florentiæ facta, Ei Inauguralis Oratio demandata fuerit. (*e*) In id præ-fer-

(a) *Wading. De Scriptor. Ord. Minor.*, *& Bald. ibid.* (b) *De Scriptor. Venet. in Præfat. pag.* 48. *& Vol. II. pag.* 306. *& seq.* (c) *De scriptor. Florentin.* (d) *Rotul. dd. Annor. in Archiv. Reformat. Florentinar.* (e) *Ex Lib.* 5. *præd. Tabular. pag.* 49.

fertim incubuit, ut Typis Junctarum, nonnulli Græci Auctores, aut primum ederentur, aut emendatiores prodirent; inter quos *Jo: Philoponus Scholasticus Alexandrinus*, *Hesiodus &c.* (*a*) Juvit aliorum similes Labores, & grati animi Significatione, sibi nuncupari non renuit a *Philippo Pandulphinio Theocriti Græcum Opus*; (*b*) Non abhorruit quoque a Thusca Jocosa Poesi, cujus specimen prælo commissum habetur. (*c*)

§. *Franciscus Guicciardinius* Petri Florentini Patricii Filius, *Unus ex septem Italiæ Sapientibus* honorificentissime a Claudio Tolomejo nuncupatus, profuit Reipublicæ suæ ea Jurisprudentiæ Elementa, quæ *Institutiones* appellamus, Tirones edocendo, quibus Ipse Florentiæ, sub *Jacobo Modestio Pratensi*, & *Jo: Baptista Gamberellio Florentino*, de quibus a nobis jam actum, (*d*) Adolescentulus adhuc sexdecim Annorum, fuerat imbutus, uberioribus deinde hujusce scientiæ documentis, primum *Ferrariæ*, mox *Patavii*, sub *Decio*, *Ruinio &c.* magis magisque condocefactus. Demandatum fuit Ipsi hoc in Patria Ministerium Anno 1505. (*e*) postquam

A 4 vidua-

(a) *Prælaud. Pocciant. d. l.* (b) *D. Jul. Negr. in ibid.* (c) *Vid. Clariss. Jo: Lam. in Catal. M. SS. Biblioth. Riccard. pag. 95. & 249. impress. post. per extensum Cosmopol. An.* 1750. *T. I. Cantic. Baccan. pag.* 163. (d) *In Opusc. XI. §. XI. & Opusc. IX. §. III. ex Erudit. Frideric. Otton. Mencken. in Histor. Vit. Angel. Politian.* = *Prælaud. Salvin. in Addit. ad Fast. Consular. pag.* 663. (e) *Vit. a Remig. Florent. & a*

viduato Florentino Gymnasio celebrioribus Professoribus, qui Florentiam e Pisis advenerant, apprime necessaria. Ejusdem Opera cœpit haberi. Præcesserat tale Magisterium, consuetum examen ac tradita ipsimet Juris Laurea, quam, nisi iteratam supponamus, ut in aliquibus aliquoties contigit, non *Patavii*, ut memoriæ prodidit *Papadopolius*; (*a*) Sed *Florentiæ* in Capitulo *Laurentianæ Basilicæ* accepit, prout ex certissimis Monumentis eruitur. (*b*) In Forensem quoque pulverem non multo post descendit: & hæc magis absoluta doctrinæ supellex, Practicæ nimirum juncta Theoreticæ, mirifice profuit ad obeunda feliciter plura diversique generis, ac naturæ Gubernia, ac Munia, quæ in nostra, & Ecclesiastica Ditione obiit, atque ad arduum, ac perdifficile sagacis Consiliarii munus, quod sub Mediceo Principatu jam tum enascente, prudenter exercuit. (*c*) Non decipiar fortasse si ausim asserere hæc Jurisprudentiæ Studia mirum in modum eidem opitulata fuisse ad majus decus eorum Operum, quæ sub ipsius nomine circumferuntur, quæque cusa sæpius, ac recusa, & in diversas linguas asportata, Eruditorum manu versantur, nedum *Politicorum Monitorum*, *& Aureorum Consiliorum*, *deque Origine Potestatis Secularis in Romana Ecclesia*; Sed & nitidarum

& a Dominic. Mann. conscript. & Mencken. in Histor. Politian. (a) *In Histor. Patavin. Gymnas. Lib.* 1. *De Clar. Alumn.* (b) *Monum. Domest. MM. SS. ap. Clar. Hered. deque iis certior factus P. Niceron. Memoir. Tom. XVII.* (c) *Prælaud. Briogr. ibid.*

darum atque elegantium *Historiarum*, cum in his maxime eniteat Justitia, Judicium, & Veritas. (*a*).

§. In hoc eodem Albo Florentinorum Professorum hujus ætatis, opportuna commemoratione dignus occurreret *Andreas Dactius* pariter Florentinus, Græcarum Litterarum Doctor eximius. (*b*) Verum cum ex hac Universitate in Pisanam fuerit postea translatus, idcirco de Hoc inferius.

§. *Stephanus Sterponius Piscienfis*, alias *Philoponus*, per hæc eadem tempora in Florentino Gymnasio, instituendæ in Humanioribus Literis Juventuti operam navabat valde proficuam; erat enim in scribendo perspicuus, & elegans, ut Autographa, quæ ipsius supersunt Scripta, nunc apud *Clariss. Præpositum Gorium*, jamdudum apud *Clariss. Canonicum Salvinium*, & Doctorem *Jo: Lamium* testantur. In una ex suis Latinis Epistolis ad *Jacobum Salviatum*, Secunda vice, ex quinque Studii Curatoribus, Anno 1514. discessum e Florentia minitatur; imo sese jam itineri accinctum suadere videtur his verbis (*c*) = *Nos hinc discedimus hoc temporis puncto Bononiam profecturi*, *ut illic publice doceamus magno Salario acciti* &c. Quid autem *Bononiæ* foret edocturus, in alia Epistola

(a) *Thom. Pope Blount.* = *Jo. Imperialis in Mus. Historic.* = *Hieronym. Ghilin. in Theatr.* = *Burch. Gottelf.* = *Struv. in Biblioth. Cap. XIV.* &c. (b) *Mich. Pocciant. ac Jul. Negr. in Bibliot. Script. Flor.* = *Frano. Red. in Not. ad Dithyramb. in iis Carmin.* O Monsignor &c. *Clar. Memken. in Edit. p. 339.* (c) *In. M. SS. Pag.* 108.

ad *Petrum Martellium* significat hisce pariter verbis = *Moralem Philosophiam publice docturi* &c. Apud *Jo: Nicol. Pasqual. Alidosium*, ubi de Exteris Doctoribus agit, qui *Bononiæ* professi sunt, *Sterponium* minime reperio. Contra vero in Florentinæ Universitatis Academicis Schedis sub Anno 1518. & seq. inter Florentinos Professores invenio. (*a*) *Bononiæ* quoque Græcas Literas edocuisse, & versionem nonnullarum *Isocratis Orationum* Bononiensibus Typis mandasse, ex hactenus ineditis *Francisci Galeotti* Historiis asseritur; & deinde Pisciam reversum circa Annum 1536. obiisse. Prædictam Versionem *Stephano Simonio* tribuit *Puccinellius*, (*b*) forsan quod unus, idemque sint. Versionem Philonis Carpatii indubitanter ei tribuit Salvinus (*c*). Veritati an hæc omnia consentanea sint, non curo admodum sollicitus, quum nostræ, ut præfati sumus, inspectionis non sint, nisi ea, quæ ad *Pisanam Academiam* aliquomodo pertinent.

Pisis itaque a prædicta Defectionis Epocha, usque ad novam Publici Lycei Reparationem, per integrum lachrymabile Vicennium, præter paucos Ludimagistros publica Pisani Ærarii Stipe conductos, E. g. *Mag. Petrum Hieronymi de Cascina*, *Mag. Jo: Petri de Magona pro docenda Arithmetica*, eique subrogatum *Mag. Antonium Urbani Pisanum*, *Mag. Bernardum*, *& Bar-*

(a) *In Arch. Florent. Reformat. sub præd. An.* 1518. (b) *In Memor. Pisciens. pag.* 365. *& in Addit. pag.* 438. (c) *In Additament. ad pag.* 3. *Fastor. de quo Sterpon. etiam in Vit. Consul. Laurent. Benivieni.*

& Bartholomæum de Fivitiano , Mag. Petrum de Mediolano , Mag. Julianum de Papia , & Petrum quemdam Bargensem pro docenda Grammatica ; Præter nonnullos Scientiarum , & Artium Præceptores , quos verosimillimum est in Claustris , Nosocomiis , privatisque etiam Ædibus , Sola pietate , ac naturali quodam communicandi Studio ductos docuisse , nullum alium Publico Magisterio functum observare datum ; & ò utinam me , subsecivis temporibus , Publicorum hujus Urbis Monumentorum festinata lectio deceperit ! (*a*)

Esto autem , ut superius annotavimus , iterum Florentini , d. Anno 1509. fuerint antiquo Pisarum Dominio potiti ; (*b*) non illico tamen in hanc Studii Restaurationem , præcipuas animi curas iis impendere permissum .

Ob indictum Pisis , a *Rege Gallorum Ludovico XII.* adversus *Julium II. Summum Pontificem* , Conciliabulum , de quo obiter alibi egimus , (*c*) non leves Politicæ suspiciones hinc inde enatæ ; & quamvis , utpote temere initum , facile in irritum ceciderit , non parum tamen commota Etrusca Res fuit ; & in suspenso relictum omnium fere , quæ Pacis sunt , & maxime studiorum stabilimentum .

Exhauriendum quoque Florentinis fuit aliud grave Bellum , quod pro reducendis in Patriam *Medicibus* , nimium turpiter

A 6 eje-

(a) *Volum.* 5. 6. 7. 8. *Provis.* , *& Partit. in Archiv. Pis. Comunit. ab Anno* 1496. *in seqq.* (b) *Prælaud. Ammir. Philip. Nerl.* = *Bernard. Oricellar. & com. Histor.* (c) *In Elog. Junior. Dec. Mediolan. in Opusc. VI. cui Tit.* Recensio &c.

ejectis, adversus ipsos, fautore potissimum *Clemente VII.* initium fuerat: quo demum sopito, nimirum post Annos; a nota Junioris *Petri* Filiorumque Proscriptione, Decem & octo, (*a*) restituendis Academicis Rebus serio animus addictus.

Ad Annum 1515. testem habemus locupletissimum *Ammiratum*, (*b*) per Consilium Centumvirale deliberatum fuisse, ut *Studium Pisanum*, iniqua temporum calamitate desertum, denuo erigeretur; creatumque in id, cum amplissima auctoritate, nec ut prius in Annum, sed in Biennium, quinque spectabilium Civium Florentinorum Magistratum: quorum utpote novam hanc Universitatis Epocam constituentium, nomina & praecipua, quae praepropere scribenti in mentem subeunt, in rem publicam merita referre operae pretium arbitror.

Jacobus Jo: dei Salviatis, cujus breve Elogium alibi conscriptum, (*c*) Vir non magis avita sanguinis claritate, quam haeroica quadam in literas, ac Literatos affectione, in Historia notissimus.

Robertus Donati de Acciajuolis, quemquanti in Academiam nostram flagraret amore, relata in antecedenti Libello Epistola ad *Marcellum Virgilium* data detegit; & cujus praenobilem Originem *Landinius* editis in *Angeli* laudem elegantissimis Carminibus concelebrat. (d)

Jo:

(a) *Paul. Jov. in Histor. ac in Vita Leon. X. Lib. 2. in fin.* (b) *Part. II. Lib. 29. Histor. Florent.* (c) *In Ser. 9. Nostr. Opuscul. Pag. 84. ex Vit. Petri Soderini* = *Nicol. Angeli in Epist. Nuncup.* = *Steph. Sterpon in MS. Epist.* (d) *Relat. a D.*

Jo: Zenobii, *alterius Johannis*, *Mag. Lucæ*, hæreditariam ex ipso *Mag. Luca* celebri Arithmetico, qui Posteris suis Cognomen dedit erga bonas Literas nactus propensionem, addidit Familiæ suæ, quæ inter Priores assederat, Præsidentiæ hujus decus non omnino contemnendum: quamobrem potiori jure de ea potest affirmari, quod prælaudatus *Verinus* eecinit (*a*).

„ Et vetus, atque Urbis commissas rexit habenas,
„ Ex Agro veniens Thusco; Lûcæque Magistri,
„ Quæ Cognomen habet; Plebeja ex rure propinquo
„ Venit in hanc Urbem, multosque accepit honores;
„ Doctor Arithmeticæ *Lucas* fuit ille Magister.

Aberant alii Duo, ex numero Quinque praedd: Officialium; sed nihilominus arbitrio ceterorum præsentium atque in unam sententiam coeuntium, more Majorum res potuit expediri; eoque magis, quod eorum plenus assensus poterat verosimiliter præsumi: aberant siquidem *Laurentius Petri de Medicis*, pro quo nemo non intelligit *Laurentium Urbini Ducem*, instar Senioris, Fautorem Studiorum munificentissimum.

Aberat & *Nicolaus Petri de Capponibus*, qui, *Pisis* in Deditionem receptis; gestoque alias hoc Academico Magistratu, veluti per quosdam gradus ad Superiores, & Supremum Vexilliferatus, & quidem diu-

Angel. Bandin. Tom. prim. Specimin. pag. 106.
(a) *Lib. 3. de Illustrat. Urb. Flor. pag.* 80.

diuturnioris quam antea fuisset durationis, amplissimum honorem sibi viam patefecit. (*a*)

In præallegatæ *ab Ammirato* Deliberationis Executionem, utilem hanc ego Provisionem reperio, & prout jacet, Diplomaticarum Rerum Studiosis exhibeo: (*b*)

„ In Dei Nomine Amen. Incarnat. D.
„ N. Jes. Christi MDXIV. Ind. VI. Die
„ vero XV. Mens. Febr. Actum Florentiæ
„ præsentibus *Toma Luce Masi de Albizzis*,
„ *&* *Daniello Nicolai de Noris* Civibus Flo-
„ rentinis Testibus ad infrascripta voca-
„ tis: Supralaudati Spectabiles Viri &c.
„ Cives honorandi Florentini &c. ut Officia-
„ les predicti Studii &c. fecerunt, consti-
„ tuerunt & creaverunt d. ipsorum Offi-
„ cii Studii verum & Legitimum Sindi-
„ cum & Procuratorem ac Nuncium spe-
„ cialem Spectabilem Virum *Ser Lauren-*
„ *tium Andree Jo: de Ciolis* Notarium &
„ Procuratorem ac Civem Florentinum
„ licet absentem &c. specialiter & nomi-
„ natim ad Eligendum & Conducendum
„ pro Studio Reipublice Florentine Pisis
„ fiendo seu alibi ubicumque id esse con-
„ tigerit omnes & quoscumque Doctores
„ cujuscumque Facultatis ad legendum
„ Publice in dicto Studio eas Lectiones
„ pro eo tempore & cum eo Salario sive
„ stipendio & cum illis conditionibus pa-
„ ctis & conventionibus cum quibus & eo
modo

(b) *Histor. ac Vit. Bern. Segni Nepot.* = *Scip. Ammir. in Famil.*, *&* *Histor.* = *Jacob. Gadd. in Elog. ubi honorif. Reip. Lucens. ad eum Epist.* (b) *Ex Lib. Florent. Reformat. cujus Inscriptio* Ricordi, *recent. enumer. pag.* 1. *&* 2. *terg.*

„ modo & prout dicto Sindico vel Procu-
„ ratori videbitur & placebit & æquum
„ & justum fore judicabit. Et generaliter
„ ad omnia & singula alia faciendum in
„ predictis. Et omnia predicta que dd.
„ omnes Officiales Studii si presentes es-
„ sent facere possent etiam si Mandatum
„ magis speciale exigeretur vel requirere-
„ tur quoquomodo dantes & concedentes
„ D. Officiales dd. mod. & nomin. d. Ser
„ Laurentio Procuratori predicto plenum
„ liberum & generale & speciale Manda-
„ tum in predictis & omnia predicta cum
„ plena libera & generali & speciali ad-
„ ministratione. Promittentes mihi Nota-
„ rio infrascripto ut publice Persone sti-
„ pulanti, & recipienti pro omnibus, &
„ singulis quorum interest & intererit aut
„ poterit quomodolibet interesse sese dd.
„ mod. & nomin. ratum habituros & ob-
„ servaturos esse quidquit per d. eorum
„ Procuratorem d. n. actum factum ge-
„ stum seu procuratum fuerit in pred. vel
„ ad pred. & quolibet pred. sub hypoteca
„ obligatione d. Reip. Florentine & om-
„ nium & singulorum bonorum ejus pre-
„ sentium & futurorum Rog. &c.

„ Ego Bartholomeus de Deis Not. Pub.
„ Flor. Rogat. in fidem feci & Publ. (*a*)

Aliæ, ac subinde aliæ novæ Provisiones Constitutionesve pro bono novi Athenæi regimine, ad promovenda in dies magis magisque studia, ad discolos coercendos &c. emanarunt, quas, minime quidem serva-

(a) *Simile mandatum renovatum habetur sub Die* 25. *Octobr. An.* 1516. *in Persona Ser Vincentii Marzi Geminianensis ibid. p.* 7.

servata præcisa Annorum serie, sed horum temporum, opportune subiiciemus.

Interim ad rem præsentem oeconomicam quod attinet, adnotare libet quod *Leo X. P. O. M.* immemor redditus gravissimarum injuriarum, quibus, & sua Familia, ac etiam ipsemet, dum adhuc *Joannis Medicei Cardinalis, Legatique Pontificii* Personam gereret, a suis Civibus fuerat affectus; contra vero memor Civilis Institutionis, quam Adolescens *Pisis* acceperat, (*a*) non renuit Ecclesiastico subsidio, utilem hanc Studiorum caussam promovere; editis Brevibus duobus: quorum Primum, sub An. 1516. datum, Florentinorum graves indigentias contemplando, & novas Gymnasii impensas, pro Quinquennio, *Trium Millium Ducatorum* super Bonis Ecclesiasticis annuum Proventum benigne concessit. Altero longe plenius honestæ eorum necessitati consuluit, pro aliis *Quinque subsequentibus Annis*, Exactionem *Decimarum*, usque ad Summam *Quinque Millium*, pro *Pisano Lyceo*, permittendo. Hoc ego solum, utpote quod, & alterius explicitam mentionem habet, in præsentiarum publici Juris facio, ita conceptum: (*b*).

Dile-

(a) *Paul. Jov. & Recent. Edit. Raph. Brandolin. Lip. Jun. in Dialog. Leo.*

(b) *Extat. Florent. in Tabular. Ecclesiastic. Decimar.*

Dilecto Filio Leonardo Bonæfidei Abbati, & Rectori Hospitalis S. Mariæ Novæ Florent.

LEO PP. X.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem: Alias pro parte Dilectorum Filiorum Priorum libertatis, & vexillifer &c. Justitiæ Civitatis Floren. nobis exposito, qua ipsi cupiebant Studium generale alias per utilitatem ipsius Civitatis in Civitate Pisana erectum, & institutum, & deinde difficultatibus temporum, & bellorum dissolutum, ad solitam Doctorum, ac sapientum virorum, ac studientium in variis facultatibus Frequentiam reduci, & vigere, ubi illud vigeat generale: *Nos tunc* considerantes quod ex eo laudabili opere non solum Laici, verum etiam Clerici Studio operam dare volentes, commodum reportaturi essent: æqui & rationi consonum esse putavimus; ut in hujusmodi reductione, etiam de bonis, & proventibus, ipsi studio Subveniret &c. eorumdem Prior &c. & vexilliferi supplicationibus inclinati: Certis Canonicis Ecclesiæ Florentinæ tunc expressis per alias nostras in forma Brevis literas commisimus, & mandavimus, ut pro ipsius subventione, & auxilio dumtaxat, omnibus, & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Clericis, Abbatibus, Prioribus, necnon Monasteriis, ac quibuscumque aliis locis piis, seu eorum Rectoribus, & Administratoribus in Dominio Florentino existen &c. cujuscumque gradus, & conditionis

nis forent, juxta fructus, redditus, & proventus Ecclesiarum, Monasteriorum, Beneficiorum, & quorumcumque aliorum locorum piorum *ad quinquennium* dumtaxat æquam contributionem inter illa obtinen. &c. auctoritate nostra imponerent, & exigerent, usque ad summam *trium millium ducatorum* quolibet anno per eos, vel personas Ecclesiasticas abeis ad hoc deputandas, dummodo tales forent, qui exactionem hujusmodis erga omnes benigne se gererent quibusvis privilegiis, & expositionibus, Ecclesiis, & Monasteriis, ac aliis locis prædictis quomodolibet concessis expresse derogando; prout in dictis literis plenius continetur. Cum autem priores, & vexillifer justitiæ præfat. &c. nobis nuper exponi fecerunt, *quinquennium prædictum jam effluxisse, & studium in Civitates Pisana vigere*, & in omni facultate viros Doctos Cathedras regere, dictamque summam trium millium ducatorum pro eorum salariis, & stipendiis non sufficere, & nisi eis de aliqua subventione provideatur, necesse fore, studium ipsum dissolvi, idque non solum in laicalium, & Eccles. Dominii Florentini, sed etiam aliarum personarum pro scientiæ Margarita adipiscenda ad *Studium Pisanum* confluentium non modicum præjudicium cessurum fore, ac propterea pro parte Priorum, & vexillifer prædictorum nobis fuerit humiliter supplicatum, ut honori Dominii, ac Scholarum hujusmodi commodo, & utilitati consulere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos hujusmodi supplicationibus inclinati, tibi de cujus probitate, & dexteritate specialem in Domino fiduciam obtine-

tinemus : per præsentes committimus, & mandamus: Ut pro ipsius Studii subvent. & auxilio dumtaxat, omnibus, & singulis Archiepiscopis, Episcopis, & aliis personis, & locis in dictis literis expressis cujuscumque gradus, & conditionis fuerint; juxta fructus, redditus, & proventus Ecclesiarum, Monasteriorum, Beneficiorum, & locorum in dictis literis comprehensorum ad *quinque annos* tantum, incipientes a prima solutione, & ut sequitur finiendos, æquam contributionem inter illa obtinentes Auctoritate Apostolica nostra imponas, & exigas, usque ad summam *quinque millium* Ducatorum similium quolibet anno per te, vel Personas Ecclesiasticas idoneas a te ad hoc deputandas: Super quibus tibi plenam potestatem, & facultatem Apostolica auctoritate concedimus, & impartimur: Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus illis, quæ in dictis literis voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Sub annulo Piscatoris die Septima Julii Millesimo quingentesimo XXI. Pontificatus nostri Anno nono.

C. Bembus per Favorium de mandato.

Ex hoc Pontificio Decimarum Indulto; & quod consectarium fuit, majori Ærarii commodo, factum fuit, ut dispersi hic illic Clarissimi Professores ad priores Sedes redierint; aliique etiam ex integro conducti fuerint; & illorum fama commoti mul-

tigeni Auditores huc accesserint, nedum finitimi, verum etiam exteri. Mentio fit hujus Discipulorum affluentiæ in Epistola quadam *Florentinorum Studii Moderatorum* ad *Americum Pittium* Consulem Maris, eundemque Academicis Rebus, intra certos quosdam Jurisdictionis limites Præfectum, cujus frustulum hoc est: Spectabilis Vir Civis noster cariſsime. „ Per causa
„ delle cose che vanno attorno e di com-
„ mune concordia con l' Ufizio delli Otto
„ di Pratica, ci pare a proposito che ab-
„ biate a voi *Taddeo Guiducci* al quale
„ ancora se ne scrive come più informato
„ delli Scolari, & examiniate sei di co-
„ testi Scolari di *Nazione Franzesi Luc-*
„ *chesi Genovesi & Sanesi*, che sieno più
„ sospetti o huomini da fare facilmente
„ tumulto e facciate loro comandare che
„ si rappresentino quì dinanzi al nostro
„ Uficio dicendo loro che habbiamo biso-
„ gno di conferir con loro qualche cosa
„ appartenente al nostro Uficio per bene
„ & honore dello Studio, & similmente
„ di torre due *Spagnoli* della medesima &
„ li farete il medesimo comandamento,
„ che si fa per non parere di segnare
„ chiaramente gli altri. Nell' altre cose
„ che occorrono costì dello Studio, con-
„ fortiamo usiate ogni diligentia perchè
„ stieno in pace.

In altera ad præd. *Taddæum de Guiduccis*, quem constat Urbis Pisanæ Commissarium fuisse ita scribunt (*a*).

Spectabilis Vir &c. „ Con questa sè scri-
pto

[*a*] *Utraque Epistola legitur per extensum in præd. Lib. Florent. Reform. cui titulus* Ricordi &c.

„ pto una a *Amerigo Pitti* per cagione „ che noi desideriamo che alchuni delli „ Scholari di costì, cioè *Franzesi Genovesi* „ *Sanesi Lucchesi* & Spagnoli si rappresen„ tino per dinanzi a Noi per le cagioni „ di quello che si vede andare attorno, „ & perchè tu hai buona notizia della „ qualità loro, vogliamo subito sia con d. „ *Amerigo* & insieme disegniate chi vi pa„ re più a proposito a fare l' effetto per „ pace e quiete delle cose nostre.

Plane quod ad Nationem *Gallicam* attinet, obiter subnotare libet, quod in Academicis nostris Monumentis, obviam fit amplissimus Salvus Conductus, quem pariter, ut iis mos geratur, qui obsoleta etiam hæc amant, prout jacet, hìc profero (*a*).

„ Octoviri Practicæ Reipublicæ Floren„ tinæ Universis & singulis ad quos pre„ sentes advenerint salutem. Significamus „ Vobis concessisse nos Salvum Conductum „ ac Fidem publicam duraturam per unum „ annum proxime futurum incipiendum a „ Chalendis Novembris MDXXI. & ut se„ quitur finiendum omnibus & singulis „ Christianissimi Francorum Regis Impe„ rio parentibus, qui ad audiendum & „ profitendum in *Gymnasio* Pisano Philo„ sophiam, Leges, aliasque Liberales Ar„ tes volent, Volumus quod tam ipsi quam „ eorum Famuli cum omni eorum suppel„ lettili & utensilibus libere & secure mo„ rari ire regredi transire quoque possint „ & valeant per totum Dominium Floren„ tinum durante presenti Salvo Conducto

to-

[*a*] *Ex Archiv. Pis. Univers. in Lib. ab an.* 1517. *ad* 1526. *pag.* 31. *terg.*

„ totiens quotiens ipsis & cuilibet eorum
„ placuerit Non obstantibus Bellis motis
„ aut movendis Represaliis concessis, aut
„ concedendis nec quibuscumque aliis in
„ contrarium facientibus que habeantur
„ hic pro expressis. Propterea vobis om-
„ nibus Capitaneis Potestatibus & Officia-
„ libus Dominii Florentini necnon Armo-
„ rum Conductoribus Comestabilibus om-
„ nibusque ad stipendia nostra tam Eque-
„ stria quam Pedestria militantibus ac Sub-
„ ditis & Recommendatis nostris precipi-
„ mus quatenus hunc nostrum Salvum Con-
„ ductum, & Fidem publicam observent
„ & observari faciant inviolabiliter sub pe-
„ na nostre indignationis Mandantes &c.
„ Bene valete. Ex Palatio Florentino Die
„ XXXI. Octobris MDXXI.

C. *Nicolaus Michelozius.*

Hinc autem heu nimium! innotuit quam recte ab Oraculo Thimesiæ responsum fuerit: *Quære Examina Apum, Vesparum, & habebis abunde.* (*a*) In tam multiplici Studentium numero, nonnulli refractarii, armigeri, rixosi, inquieti.

Ad hos igitur in Officio continendos, prohibita primum ex parte, & mandato Magnifici Prorectoris *Friderici de Sicilia*, in Theatro Scholarum, Armorum evaginatio; ac nequis larvatus, seu personatus, cum Armis incederet, indicta pœna quattuor ictuum chordæ (*b*).

Non multo post, interdicta per universam Urbem, ita præcipientibus *Joanne de Tornabonis*, & *Francisco del Nero*, diu no-

ctuque

[*a*] *Plutarch. de Amicor. multitud. &c. alibi relat.* [*b*] *Dict. Lib. Universit. p.* 15. *terg. sub an.* 1519. *& pag. seq.*

ctuque Armorum delatio, sub pœna 25. Florenor. largor. in auro: (*a*) neque indicta hæc pœna ad terrorem tantum; sed pluries irrogata. Sub Academico Regimine *Leonardi Strozii*, unius ex Consulibus Maris, & Pisanæ Universitatis Commissarii, Studentes sex, una vice, mulctati reperiuntur, inter quos *Lazarus Dorias Januensis*, *Joannes Baptista de Libris Florentinus*, *Cosmas Fontes Hispanus* (*b*).

Hic est ille *Fontes*, cui, dum amplissimam Rectoris Generalis Personam gereret, acceptum refertur, super iis Literariis Congressibus, quos *Circulos* appellamus; super Lectionibus Extraordinariorum, Lusibusque, in prima Anni Scholastici parte, tale Edictum (*c*).

„ Ex parte, & Mandato Magnifici Re„ ctoris Almi Gymnasii Florentini, ac Pi„ sani præcipitur, & mandatur omnibus „ Doctoribus cujuscumque conditionis, & „ Facultatis qualiter post Lectiones de ma„ ne, in præsentia Scholarium teneantur „ immediate Circulare, sedendo loco con„ sueto, & ad hoc destinato dicto Recto„ re, si Scholis aderit, adstante. Ordina„ rii autem, & Extraordinarii de sero, „ forma eadem servata, omnes teneantur „ Circulare post Ordinarias Lectiones, alias „ punctabuntur si semel, vel bis in Edi„ ctum commiserint; si vero dictis Circu„ lis per tres continuos Actus non inter„ venerint, Lectura privabuntur, nisi ju-

stam,

[*a*] *Ibid. p.* 19. *sub an.* 1520. [*b*] *Dict. pag.* 19. & 20. *sub d. an.* 1520. [*c*] *Vid. præd. Lib. ab an.* 1517. *ad* 1526. *sub ann.* 1522. *pag.* 37.

„ ſtam , & probabilem cauſam allegave„ rint.

„ Item ex Mandato ſupraſcripti Domi„ ni Rectoris præcipitur legentibus Extra„ ordinariam Diebus Feſtivis, qualiter in „ dd. Diebus teneantur, & obligati ſint „ legere, prout ſecundum formam Statu„ torum eis injunctum eſt, & ſi per tres „ continuas ceſſaverint, totius temporis „ ſtipendio careant.

„ Item præcipitur, & mandatur omni„ bus, & ſingulis Scholaribus cujuſcum„ que facultatis ſint, & conditionis, qua„ tenus non audeant, vel ullo modo præ„ ſumant *quacumque joci ſpecie* ludere in „ Diebus, quibus legitur, *ſub pœna Flore„ nor. 4. auri largor.* partim Univerſitati, „ & partim Accuſatori applicandorum; & „ hæc Prohibitio durare intelligatur per „ totum hujus *primæ Terſariæ Tempus*, „ alias &c. Die 4. Novembris 1522. Styl. „ Flor.

Quod ad prædictas Publicas Diſputationes adtinet, vel a primis renatæ hujus Univerſitatis temporibus, ſuper emergenti Præcedentiarum, quæ ſolent eſſe radix omnium ſimultatum, conſtabilita hæc Lex (*a*) „ Item advertentes ad ſcandala, & rixas, „ quæ in Publicis Diſputationibus circa „ modum arguendi oriuntur, & in poſte„ rum oriri poſſent, ſi non provideretur; „ & deſiderantes, ut ea penitus reſecen„ tur; Deliberaverunt, quod deinceps quan„ documque contigerit fieri Publicam Di„ ſputationem, primus locus in arguendo intel-

[*a*] *Ex Cod. Pergamen. Gerardi Vegliutelli Lucenſis Vicerect. ſub die* 2. *Decembr. an.* 1517. *penes me Tit. Emption. exiſtenti.*

„ intelligatur esse, & sit Rectoris, seu Vi„ cerectoris, vel substituti ab eo. Secun„ dus sit remotioris, prout per vetera Sta„ tuta disponitur: cetera autem loca den„ tur, & distribuantur eo modo, & for„ ma, prout libere videbitur Rectori, seu „ Vicerectori, & sic in futurum servetur.
Ut autem in iis decentia quædam servaretur. „ Ex parte Magnifici &c. præcipi„ tur, & mandatur omnibus, & singulis „ Doctoribus, atque Scholaribus cujuscum„ que Facultatis, ac Professionis existant, „ quatenus non audeant in futurum publi„ care, neque affigere Conclusiones in Scho„ lis Sapientiæ, neque alibi, sine expressa „ licentia d. Rectoris, alias intelligantur, „ & sint incursi in pœnam a Statuto præ„ fixam contrafacientibus Mandatis, seu „ Præceptis Dom. Rectoris (*a*).
Sublatus deinde mos indecentissimus, ut cuilibet, vel ex infima Classe Discipulorum, liceret eximios Professores publice disputantes, cavillosis, & ut plurimum futilibus argumentationibus impetere: quod utique fuit optimo jure vetitum in secunda Edicti parte ab *Antonino Siculo* Magnif. Rectore promulgata ibi: „ Item quatenus „ Scholares in circulis non possint de ce„ tero arguere Doctoribus, dum sunt in „ Circulis, & Disputationibus (*b*).
Ob salutarem hanc, de qua ipsi injuste conquerebantur, Disciplinam, crebri ad supremos Officiales Florentinos, qui auctoritate præstabant illimitata, a Rectoribus,
B Pro-

[*a*] *Pag.* 34. & 35. *sub die* 10. *Maji* 1522. *Flor.* [*b*] *Die* 19. *Novembris* 1523. *ibid. pag.* 42. *terg.*

Prorectoribus, ipsisque Consulibus maris, in gravioribus pedissequam quandam Jurisdictionem exercentibus, recursus, frequentissimæque per Literas Querelæ; immo & Scholasticæ Legationes ad impetrandam, sub quæsito colore deficientiæ victualium, aliorumque incommodorum, Studii translationem: (*a*) quibus a sagacissimis Moderatoribus, de sublatentibus verioribus caussis, secreto condocefactis, pluries denegatus assensus, ut præ cæteris ex hoc Epistolio constat.

„ Ad Rectorem D. *Franciscum Palmeri-*
„ *num de Urbe Rectorem Studii* die 18.
„ Januar. 1521. *Magnifice Domine*.

„ Havemo la vostra per Mes. Agnolo
„ da Narni presente Latore. Quanto alle
„ cose dello Studio *di levarlo di costì* ci
„ siamo risoluti non lo fare ma bensì ci
„ siamo risoluti che si faccino le vacatio-
„ ni che si sogliono fare avanti il Carne-
„ sciale, comincino al presente, e così
„ all' avuta di questa farete notificare.
„ Circa del Panno che vi fu tolto, vi si
„ mandò Lettera che vi fosse restituito
„ *senza Gabella*. Non sendo seguito, ne
„ advisarete (*b*).

Revera tamen, nullo unquam tempore, nihil non provide, nihil non utiliter, pro tranquillo Lycei statu & augmento cogitatum, & constitutum. Imminutæ Doctoratus impensæ, si cum iis, de quibus in uno ex superioribus egimus, (*c*) conferatur

[*a*] *Ibid. pag.* 32. *& seq. sub die* 18. *Januarii ann.* 1521. [*b*] *D. Volum. Reform. Florent. inscripto* Ricordi *pag. vol.* [*c*] *In Opusc. VIII. cui titul.* Monum. Historic. *pag.* 71. *&c.*

tur hæc lex: Die xxi. Julii 1518. „ Magnifici Dom. Doctores J. U. in sufficienti „ numero Collegialiter congregati in Ecclesia S. Michaelis in Burgo, exstante „ Priore *D. Laurentio Rodulfo Florentino* „ *&c.* obtento Partito constituerunt, & „ deliberaverunt quod de cetero nullus ad „ Doctoratus gradum admittatur nisi soluta integra summa *viginti Ducatorum in* „ *auro* in utroque gradu, & in aliorum „ *sexdecim* prout in reformatione Studii „ hactenus observatum fuit (*a*).

Provisum indemnitati Studentium circa Ædium ab ipsis conducendarum Locationes; & Urbis Gubernio Præsidente *Thaddæo Guiduccio*, de quo superius, ejusdemque successore *Ruperto Jo. Friderici de Ricciis*, cui postmodum, pro se suisque Pisana Civitas, & insignia donata, duo Pisani Cives æquissimi, nempe *Bartholomæus Jo. del Tignoso*, & *Joannes Jacobi de Cinis* electi *ad declarandas Pensiones idoneas Domorum pro Scholaribus* (*b*). Sicuti *Simonem Setarium*; nec multo post, *Philippum de Pecciolo ad investigandum quis esset habilis, & vellet tenere Scholares ad Dozinam in domo sua, referendumque Consulibus*, destinatos invenimus.

Consultum quoque corporeæ sanitati, certis quibusdam vacationum diebus, pro Purgationibus faciendis, mense Majo constitutis (*c*); multoque magis incolumitati,

 & de-

[*a*] *In Cod. MS. Martimediceo alibi laudato*. [*b*] *Tom. VIII. Partit. Pisanæ Communitatis p.* 13. *sub an.* 1517. *& Tom. IX.* [*c*] *Præcit. Universitat. ann.* 1518. *pag.* 9. *Terg.*

& decori, editis vernaculo Sermone, novis hisce Constitutionibus (*a*).

„ In primo che qualunque Persona dirà
„ parole ingiuriose ad alcuno Scolare habbia ad haver bando fuori della Città di
„ Pisa per quel tempo sarà declarato per
„ il Commissario habito rispecto alla qualità della Persona & del delicto. E chi
„ sfodererà, e metterà mano ad alcuna
„ sorte d'Arme contra Scolari habbia trè
„ tratti di Fune. E chi con dette Arme
„ caverà sangue a Scolari perda la mano,
„ se già considerato la qualità del caso
„ non paresse altrimenti *al Commissario*
„ *dello Studio*.

„ Item che qualunque Scolare per l'avvenire sarà trovato in alcuno delicto non
„ possa dal Bargello o altri esser preso senza expressa licentia del Rectore (*b*). E
„ quando esso Rectore per suo defecto non
„ ci provvedesse, o che la Questione o altro Delicto commisso non aspettassi tempo o susse pericolo nel soprastare in tali
„ casi il Bargello possa pigliarlo e tenerlo
„ a nome del Rectore.

„ Item che il Bando delle Arme sia generale, che niuno possa portare Arme,
„ excepto Persone salariate dalla Signoria
„ di Firenze: ne s'intendino compresi ne
„ godino di tal Beneficio i Doctori condocti per li Officiali di Studio.

„ Item che qualunque Persona per l'avvenire incorressi in la pena dell'Arme
quel-

[*a*] *Habentur per extensum in alibi alleg. Cod. Martimediceo, ubi subscriptio, de qua inferius*. [*b*] *Districtius hoc a Serenifs. Cosmo Legisl. inhibitum. Vid. in App. Statut. sub cap.* XII. *de Jurisd. Rect.*

„ quella riscossa si debba deporre nelle ma-
„ ni del Depositario dello Studio per con-
„ vertilla in utilità di quello. E che la
„ Exactione si debba fare *per il Rectore*.
„ Non si facendo sia lecito al Commissa-
„ rio farla, convertendo tutto in utilità
„ dello Studio come di sopra (*a*).

Quid plura? cum probe nossent Sapientissimi Gymnasiarchæ Eutropeliam virtutem esse (*b*); & *Sapientem decere interdum remittere aciem rebus agendis intentam* (*c*), Ideo ab iis permissum, nedum postremis Bacchanalium diebus, Principem quendam juventutis constituere, qui *Dominus Carnis Privii* nuncupabatur (*d*), quo Suasore, ac Promotore, ludicra certamina, solemnia convivia, aliaque Publica Festa, collato Accademico ære, instituebantur; sed & alia quavis Litterarii anni parte.

Cum juxta severiores Historiæ scribendæ Canones *Minima Historicis prætereunda*

 sint,

[*a*] *Subscriptio, quæ in dicto Cod. habetur, hæc est:* Ego Julianus Ser Petri de Vincio *Cancell. dd. Official. Studii in fid. subscripsi:* Ego Jacobus Andreæ de Lavajanis *Cancell. Substit. Universit. Studii Pisani ex ejus Originali sumpsi, scripsi, & copiavi, & in fidem me subscripsi. Ibi pariter habetur hæc Notula: Perierat Liber hic nisi ad manus* D. Petri Orsilachi Pisani *pervenisset, qui a Casteriis Alices involventibus liberavit, & veluti Jure postliminii Almæ Pisanæ Academiæ restituit ann.* 1542. [*b*] *S. Thom.* 2. 2. *quæst.* 168. *ar.* 4. [*c*] *D. August. Lib.* 11. *de Music. cap. ult.* [*d*] *Dict. Lib. Universit. pag.* 54. *terg.*

sint, nolo in exiguis hisce Lectores detinere. Duo tantum in id Scholastica Edicta proferam, ex quibus, in decernendis pro Victoribus præmiis, Distributivæ Justitiæ Leges maxime servatas datur intueri.

Primum sub die XI. Februarii 1519. ubi ita legitur: „ Per parte del Magnifico Vi-
„ ceRettore e Consiglieri di quest' Almo
„ Studio della Città di Pisa si notificha a
„ tutti Signor Cavalieri & altre Persone
„ che vorranno giostrare come l' ultima
„ Domenica di Carnovale che saranno li
„ vinti del presente Mese si farà la Gio-
„ stra in su la Piassa di S. Katerina di
„ Pisa. Et chi vorrà giostrare vengha a
„ hore 18. e possa correre dieci Lance per
„ uno con Arme di battaglia. Et quelli
„ primi che esciranno a giostrare possano
„ fornire tutte le Diece Carriere. E for-
„ niti questi due primi da dua in dua po-
„ teranno appresso correre li altri. E se
„ il dì non bastasse si giostrerà il dì se-
„ guente. E li presenti saranno dui Giu-
„ dicatori pratichi in ell'arte i quali fa-
„ ranno giostrare le Lance & giudicheran-
„ no rectamente di tutto quello che vor-
„ rà la ragione della Giostra, e senten-
„ tieranno di chi doverà essere il Dono.
„ In la qual Giostra saranno dui Doni.
„ El' primo saranno Braccia quindici di
„ Velluto negro. El secondo saranno octo
„ Braccia di Domascho. E tutti quelli,
„ che vorranno entrare in ditta Giostra
„ debbiano due dì innanzi comparire in
„ Persona de' ditti Magnifico ViceRetto-
„ re., & Consiglieri a farsi scrivere, e chi
„ entrerà in ditta Giostra sensa farsi scri-

vere,

„ vere, non possa avere Dono alcuno. Aliàs &c. d. Die (*a*).

Secundum sub die 29. Januarii 1523. Flor. hujus tenoris: „ Per parte & com„ missione del Magnifico Rettore & Spe„ ctabili Consiglieri dell'Almo Studio Fio„ rentino e Pisano si notificha a ciasche„ duno come Domenica prox. futur. che „ saremo a di 31. del presente se sarà „ buon tempo altrimenti Martedi proxi„ mo futuro in sulla Piassa del Sig. Ca„ pitano di Pisa loro Magnificentie faran„ no giocare & ammassare uno Toro & „ quelli li quali vorranno giochare non „ possino portar Arme in Aste ne Scop„ pietti & Balestre ma solo Spate & Pu„ gnali & altre simili Arme. Et quello „ lo quale li darà la prima ferita per di„ nanzi haverà una Berretta rosata & „ quello che lo ammasserà haverà dicto „ Toro & quelli li daranno per drieto non „ potranno havere premio alcuno.

„ Item si notifica e fassi intendere a „ qualunque Persona voglia venire con suo „ Navicello o Barchetta sive Gondula la „ prima Domenica di Ferrajo che saremo „ a di 7. di d. Mese prox. futur. Si met„ terà un' Ocha legata per li piedi come „ è consueto in mezzo l'Arno fra il Pon„ te Vecchio & il Ponte alla Spina. Et „ qualunque Persona leverà il Collo all' „ Ocha con la mano sensa altro instru„ mento & ingegno haverà di premio un „ Pajo di Calse. E ditte Barchette haran„ no a muoversi a correre dal Ponte alla „ Spina non si fermando ma correndo &

B 4 navi-

[*a*] *In d. Lib. Universitat. pag.* 17. *Sicuti de seq. pag.* 43.

„ navicando forte quando haranno a leva-
„ re il Collo a ditta Ocha altrimenti non
„ guadagneranno il premio .
„ Item si notifica & fassi intendere per
„ parte de sopradd. Magnifico Rettore e
„ Consiglieri come nel medesimo Giorno
„ d. di sopra faranno escire in Arno a
„ combattere con Aranci Rape & Rotelle
„ il Barchone di Bastiano Corso o vero di
„ Maestro Girolamo di Mitri : con lo qua-
„ le Barchone potranno combattere quat-
„ tro Liuti Genovesi o vero due Barche
„ ciascuna delle quale siano di portata per
„ la metà di ditto Barchone . Et ditti
„ Liuti o vero Barche habbino a usare le
„ medesime Arme soprascritte & in oltra
„ Schale & Uncini per salire & legare.
„ Con questo che non possino ditte Scale
„ & Uncini usare per offendere : nè altra
„ spezie & qualità di Arme & Legni Fu-
„ ne Pignatte artificiate Remi & altri In-
„ strumenti apti ad offendere . Nè quelli
„ tanto dello Barchone quanto quelli de
„ Liuti o Barche ardischano con sorte al-
„ chuna di Ferri rompere o tagliare Le-
„ gnami & Cavi nè altra Fune & Sarte
„ alla pena di venticinque Ducati & quat-
„ tro tratti di Fune a chi contravenirà
„ alle soprad. cose . Interposta in questo
„ caso la Autorità della Signoria del Ca-
„ pitano & Signori Consuli del Mare del-
„ la Città di Pisa da applicarsi per la me-
„ tà al Commune di Firenze & per la
„ quarta parte al Rectore che la riscotes-
„ se & per l'altra quarta parte all'Uni-
„ versità dello Studio soprascritto . Et dit-
„ to Barchone armato con Pavesi & Ar-
„ me defensive per la Persona aspetterà

alla

„ alla Battaglia infra i due Ponti cioè li
„ Ponti alla Spina e Ponte Vecchio da
„ hore vinti insino a hore vinti trè. Et
„ quando ditti quattro Liuti o vero dui
„ Barche prehendino ditto Barchone tutti
„ insieme haranno di premio uno Taxone
„ di Argento di pregio di Ducati sei. Et
„ il primo Homo di ditti Liuti o vero
„ Barche che monterà su ditto Barchone
„ remanendo vincenti & victoriosi guada-
„ gnerà un Paro di Calse & il secondo
„ Homo che monterà su remanendo vi-
„ ctoriosi come di sopra guadagnerà uno
„ Pugnale di mezzo Scuto o più. E re-
„ manendo ditto Barchone victorioso cioè
„ che non sia preso guadagnerà tutti e
„ soprascritti premij. E non essendo com-
„ battuto guadagnerà la tertia parte di
„ ditti premij. E ditti Liuti o Barche an-
„ dando a combattere senza essere scripti
„ non guadagneranno premio alcuno.

„ *Ego Jacobus Lavajanus Cancellar. Stu-*
„ *dij de Mand.*

„ *Ego Franciscus de Allitoxis Cancellar.*
„ *Dominor. Consulum Maris de Mand. di-*
„ *ctor. Consul. Die suprascripta*

„ *Ego Matteus de Useppis Miles Socius*
„ *Capitanei & Commissarij de Mandato*
„ *subscripsi.*

Per hæc eadem Renovatæ Academiæ Tempora, præter superius laudatos, Florentino Pisanoque huic Athenæo supremi Officiales præerant sagacissimi Viri. Præerat, præter alibi laudatum *Cæsarem Riarium*, *Honuphrius Bartolinus Florentinus*, qui Pisanæ Ecclesiæ Regimen tenendo tanquam *Archiepiscopus*, Magni Cancellarii quoque munus obibat.

Præerant etiam, & certatim intra datum Jurisdictionis suæ spatium scholasticum decus promovebant, ultra recensitos obiter Rectores Prorectoresque *Franciscum Palmerinium Romanum*, *Cosmum Fontes Hispanum*, *Antoninum Siculum*, *& Fridericum* pariter *de Sicilia* &c. *Lucas*, incertæ Familiæ, ac Patriæ, qui, propter omissam in ejus electione, Statutorum Universitatis omnimodam formam, speciali confirmatione indiguit: *Bonus Baronis de Cappellis Florentinus*, qui relicto sibi Substituto *Benedicto de Conversinis Pistoriensi*, pro Rebus Academicis ad Illustriss. *Alphonsinam Ursiniam Medicem*, Legati munus obiit: *Eliseus Sagatarius Hispanus* Caroli Filius, Tibaldi Frater, qui occasione sui discessus Neapolim, d. Fratrem substituit: *Antonius Grillus Messan.*: *Georgius Mag. Francisci*, ut alibi annotatum fuit, *de Gallis Pontremulensibus*, quem *Jacobus de Cremona* Prorector excepit.: *Philippus Mag. Joannis Francisci de Burgo*, pariter Pisani Professoris Filius, cui præsenti assedit *Antonius Bellarmatus*, de quo alibi; & eo absente, *Mag. Jo. Sardus*, Prorector, de more, subrogatus (*a*).

Neque dubium quin, sub tam præstanti ductu, ex his tam probe Scitis, & præclare Constitutis vires, eundo, acquisitura foret Academia, nisi remoram aliquam fecisset Pestis anni 1525, quæ per aliquot men-

[*a*] *Ex præcit. Lib. Universit. ab. ann.* 1517. *& seq. pag.* 3. *terg. pag.* 8. 11. 25. 40. 49. 54. 57. *&c. Ex Lib. Partit. pag.* 16. *Ex Rotul. in Tabular. Reformat. & ex Append. ad Volum. Statut. in Arch. Pis. d. præd. Gymnas.*

menses, partim Urbem afflixit, partim comminata est (*a*); multoque majorem, ipsius Pontificii subsidii subtractio, quæ per lapsum temporis in Rescripto præfiniti, suapte natura, contigit.

Ut Planta, quæ industrii Cultoris manu, opportuno madore caret, paulatim arescit, ita Lyceum, necessariis hisce subsidiis destitutum, sensim relanguescere cœpit: cui quoque, & universæ Ditioni, & illud accidit perniciosissimum; quod inter *Mediceos* ipsos, absoluti Imperii in dies appetentiores, & Florentinos Proceres, avitæ, quantumvis ærumnosæ Libertatis amantissimos studiosissimosque, referbuit ingens luctuosissimum prælium: adeout, Promotoribus acerrimis *Clemente VII.* ex eadem Medicea stirpe, & *Carolo V.* cum *Alexandro* ejusdem Pontificis Agnato, Matrimonium naturalis Filiæ suæ *Margharitæ* inire meditante, usque ad Florentinæ Urbis obsidionem, processum fuerit; neque antea ab Armis cessatum, quam *Alexander* Patriæ Principatu potitus fuerit (*b*).

Eodem Florentini Status Duce jam constituto, reviviscere quis existimasset nostram hanc Academiam, utpote Principe ex ea Familia, quæ semper bonas Artes ac Disciplinas aluit, fovit, amplificavit. At communes spes in irritum cecidere! Ad rem Litterariam quod attinet, idem ferme de Alexandro Duce licuit usurpare, quod de *Bibulo* Consule usurpatum legimus apud C. *Tranquil. Suetonium* (*c*).

(*a*) *Pisanar. Historiar. Conditor. sub d. ann.* (*b*) *Bened. Varch. Lib.* 10. *Segn. & Nerl. ad an.* 1530. (*c*) *In Jul. Cæs. c.* 20. *ibi*: Nam Bibulo fieri Consule, nil memini.

Princeps utique perspicacis ingenii, & in reddendo ex temporaneo jure, naturalis cujusdam æquitatis servator, ut edita typis ejus facta, & sententiæ ipsum nobis exhibent (*a*); sed qui militari vitæ ac licentiæ assuetus, quandiu vixit (& vixit parum) fere nihil Pacis Studiis incubuit. Sub eo nonnulli Studii Officiales electi, nempe *Rupertus de Puccis*; *Jacobus de Corbinellis*, *Pallas de Oricellariis*, *Philippus de Nerlis* (*b*), quibus Promotoribus, & maxime suggerentibus supremis Consiliariis, quorum pars magna fuit *Cardinalis Innocentius Cybo* ex ipsius Cognatione (*c*). Paucissimæ pro Studio Deliberationes; & quæ Florentinum Gymnasium, ut plurimum attingunt; veluti Reconductio cum Floren. ducentum, ad docendam Philosophiam in Civitate Florentiæ, Clarifs. Viri *Francisci Verini*; de quo jam pridem a Nobis actum (*d*). Jussus solvendæ annuæ mercedis quatuor Grammaticæ Præceptoribus, videlicet Mag. *Clementi Ticcio*; *Ludovico Bonaccursio Geminianensi*; *Antonio Mazzinghio*; *Petro Bibbienensi* (*e*).

Quod ad rem litterariam Pisanam spectat, nihil datum fuit invenire; atque hinc factum, quod *Academia hæc*, de qua nobis, ex professo, Sermo est, intermedio hoc infelicissimo tempore, adeo neglectui habita fuerit, ut non multo post, anno videli-

(*a*) *Ab Alex. Ceccherellio in Officin. Sermartell.* (*b*) *Ex prim. Lib. Cancellar. Consiliar. Florent. p.* 126. *an.* 1533. (*c*) *Prælaud. Varch. Histor. Florent. Lib.* 14. *Jo. B. Adrian. in Histor. Florent.* (*d*) *In Opusc. XI.* §. 16. *p.* 86. (*e*) *D. Lib. I. Tabular. Florent. dd. Consiliar. p.* 34. & 159.

delicet 1536. ad eam Studiosorum paucitatem, & fere Studiorum internecionem deventum fuerit, ut frustra ad Florentinos Dominos, tunc temporis impotentes, supplicibus precibus porrectis, per ipsos Pisanos Cives, id extremi Consilii captum, ut collato ære communi, in exteras Universitates proprios Cives erudiendos amandarent.

Unum dumtaxat reperio, qui calamitosa hac tempestate, ex hac Urbe Jurisconsultorum infulis fuerit condecoratus (& quando duo, vel tres adhuc reperirentur, semper exiguus numerus foret) nempe sub die prima Januarii anni 1535. *Joannem Paulum de Vannis* Civem Pisanum, Filium olim Magnifici Nobilis ac præstantissimi Professoris nostri Dom. *Jacobi Vanni* (*a*): in cujus solemni Examine ac Promotione duobus Pisanis Civibus, & Advocatis, videlicet *Benedicto Mastiano*, uno ex paucis antiquis Professoribus, & *Carolo Opezzinghio*, *Honophrius Bartolinus Medices* tunc temporis supremus Urbis hujus Antistes, in subsidium coactus fuerit uti (*b*).

Consilium itaque opportune initum inter Magnificos Patres, ac Priores Pisanæ Civitatis, Venerabiles Consiliarios, spectabilesque alios Magistratus, & duodecim Gubernatores Piæ Domus Misericordiæ, nec non Ædituum Pisanæ Majoris Ecclesiæ, sub die 6. Decembris 1536. & ratum habi-

[*a*] *De Jacobo Patre actum, in Opusc. X.* §. 14. [*b*] *Extat tale Diploma apud Patritiam Familiam de Upezzinghis, quorum duo Abbas, scilicet Julius, & Eques Jacobus superstes, ex nostris quondam Auditoribus.*

habitum die 19. ejusdem Anni, ac Mensis, hujuscemodi fuit (*a*).

„ Che stante la malignità de' tempi, e „ danni sofferti, essendo la Città quasi „ mancata d'Uomini Letterati &c. a com„ mune dispendio di d. Communità, Mi„ sericordia, e Opera s'eroghino ogn' an„ no, *Scudi cento* da somministrarsi da lo„ ro in certe determinate somme &c. da „ mantenere quattro Giovani Cittadini a „ studiar Legge, o Medicina *in Studio pub„ blico fuori d'essa Città di Pisa* col sussi„ dio di scudi venticinque per ciaschedu„ no: con questo, che tutti quelli Sco„ lari, che averanno goduto di tal Prov„ visione, pervenuti al grado del Dottora„ to, sieno obbligati, l'Anno seguente, „ per un'Anno continovo a *leggere pubbli„ camente in Pisa* a quelli Scolari, quali „ si volessero introdurre per andare a Stu„ dio meglio instrutti. Item che detta De„ liberazione s'intenda finire quando *in „ detta Città di Pisa fosse Studio pubblico, „ dal giorno, che in quella pubblicamente si „ leggerà come negli altri Studij Pubbli„ ci &c.* (*b*).

Bene-

[*a*] *Rog. Ser Petro Ser Hieronymi de Lupis Cancell. ut in Lib.* 12. *Partit. Pis. Commun. pag.* 52. *&c.* [*b*] *Obiter adnotare juvat, quod in MSS. Codicibus Pisanæ Communitatis, quorum introspiciendorum, ab anno circiter* 1300. *usque ad* 1542. *potestas mihi humanissime concessa ab antecedentibus Cancellariis Adstantibus: quos inter honoris, & grati animi significatione, nuncupo Excellentiss. J. U. D. Nicolaum Vaseschium Fivitianensem, in Lib. XII. Partit. ab ann.* 1535.

Beneficio *Magni Cosmæ* id contigit post aliquot deinde Annos; initio enim sui Principatus, stabiliendo primum sibi suisque solio intentus, gravioribusque Politicis Negotiis implicitus, minime potuit Litterariæ Rei eam navare operam, quam postea navavit diligentissimam, ut alibi fusius adnotabitur.

Interim, servando non improbatam hactenus methodum in antecedentibus undecim Historicis enarrationibus constantissime servatam; descendendi nimirum ab illis, quæ Studium in Universum respiciunt, ad particularia; ab iis tenebris ad pristinam qualemcumque lucem anni 1515. & sequentium, regrediamur.

Consulto prætermissis hìc, ne actum agere videamur, quampluribus Clarissimis Professoribus, quorum non nova, præd. anno 1515. & sequentibus, Conductio fuit; sed potius honorifica Reconductio; & de quibus propterea alibi pertractatum, veluti, exempli gratia, *Mag. Jacobi de Monte Falco*; (a) *Philippi Decii Mediolanensis* (b). *Boni de Bonis Florentini* (c); *Castellani de Castellanis Florentini* (d); *Hormannoctii de Detis*

1535. *vigore præallegatæ Provisionis, electi reperiuntur* pro eundo, *ut ibi dicitur p.* 75. ad Studium, Joannes Petri de Mastianis; *pag.* 84 Joan. Baptist. de Sancto Cassiano; *pag.* 110. 112. & 136. Petrus Gabrielis de Orsanichis, *deinde in ejus locum* Raphael *ejus Frater*; *pag.* 155. Vincentius del Lante, *ut alii nunc prætereantur*.

[*a*] *In Opusc. XI.* §. 21. [*b*] *In Opusc. XI. p.* 18. & 22. [*c*] *In Opusc. XI.* §. 15. [*d*] *In Opusc. X.* §. 15.

Detis Florentini (a); *Matthæi de Neruccis de Sancto Geminiano* (b); *Francisci de Diacceto Florentini* (c); *Augustini de Banco Florentini* (d); *Andreæ Turini Piscienses* (e); *Francisci, Senioris, Verini* (f); *Joannis, Antonii, Rosati Florentini* (g); *Francisci de Gallis Pontremulensis* (h); *Joannis Francisci de Burgo* (i); *Joannis Bongirolami Florentini* (k); *Christophori Francucci Arretini* (l); *Ludovici Acciajuoli Florentini* (m); *Dominici de Bettinis Pratensis* (n);

Nondum alibi laudatos, si non condigno Elogio, opportuna saltem commemoratione, juxta seriem annorum, quibus Vitam hanc Academicam inchoarunt, hic prosequamur.

§. I.

Johannoctium Capponium, Capponis Patricii Florentini Filium, in Civilibus Canonicisque Doctrinis versatissimum Virum, ad Historiolæ nostræ decus, præstat nunc exhibere.

Natus hic die 17. Septembris an. 1482. (o); ac Liberalibus Disciplinis instructus, primam juventæ partem in Foro transegit. Postmodum anno 1515. nostræ huic Togatæ Militiæ nomen dedit, primum Florentiæ

[*a*] *In Opusc. X.* §. 9. [*b*] *In Opusc. X.* §. 5. [*c*] *In Opusc. X.* §. 19. [*d*] *In Opusc. XI.* §. 22. [*e*] *In Opusc. XI.* §. 15. [*f*] *In Opusc. XI.* §. 16. [*g*] *In Opusc. IX.* §. 6. [*h*] *In Opusc. X.* §. 16. [*i*] *In Opusc. X.* §. 19. [*k*] *In Opusc. X.* §. 20. [*l*] *In Opusc. VII.* §. 9. [*m*] *In Opusc. XI.* §. 8. [*n*] *In Opusc. VII.* §. 12. [*o*] *Jos. Mannius in Ser. Senator. Florentinor.*

tiæ Juris Civilis Professor Extraordinarius cum Stipendio Florenorum 40. mox duplicato d. Stipendio *Pisis* Canonista Ordinarius; auctoque subinde Honorario, modo uni, modo alteri ex prædictis Facultatibus, prout Lycei indigentia expostulabat, saltem per decennium, illustrem eum navasse operam, Scholastica Acta minime sinunt dubitare (*a*): in quibus, sedata jam ephimera Peste anni 1525. primus Prior Collegii Jurisconsultorum sorte extractus, pro toto mense Novembrio, adparet (*b*).

Provectior ætate atque experientia redditus, Castrocarense Gubernium maluit subire, quam honorificentissimam ad Cæsarem in Hispaniam Legationem; non minimis re vera difficultatibus obsitam, & invidiæ plenam suscipere, ut *Bened. Varchius* Coævus, & Amicus Scriptor, memoriæ mandavit (*c*).

In Petrosanctensi Ditione, in difficillimis temporibus, non renuit Prætoris Personam gerere; sed infaustissimus ejus exitus, nisi caute fugam arripuisset (*d*).

Romanum iter ultro aggressus est pro manutentione Familiaris Jurispatronatus celebris Hospitalis *Alti Passus*, usque a *Sixti IV.* temporibus, antiquæ eorum pertinentiæ; sed hoc quoque infelicis eventus, ut eadem monumenta testantur (*e*).

Ob

[*a*] *Rotul. præd. ann.* 1515. *& seqq. in Tabular. Flor. Reformat.* [*b*] *Lib. Pisan. Univers. ab ann.* 1517. *ad* 1526. *pag.* 53. *&* 57. [*c*] *Histor. Florent. Lib. IV. sub an.* 1527. [*d*] *Id. Varch. Lib. X.* [*e*] *Præter laudat. Varch. ibid. vid. Clarifs. Lam. in Delic. Erudit. Tom. XVI. pag.* 1316.

Ob ipsius præclara merita, Senator a *Cosmo Primo* constitutus anno 1550. subliniores Præturas, Volaterranam, Cortonensem, Pistoriensem, summa prudentia, & integritate administravit (*a*); Florentinaque Senatoria munia, cum maxima in Principem reverentia, & erga communem Patriam affectione obivit, donec octogenario major humanæ naturæ debitum persolvit anno 1563. (*b*).

Suarum insignium virtutum imitatorem successoremque in hoc Publico docendi Ministerio, viderat anno 1558. *Capponem Filium*, Avi nomen præseferentem, paulo pridem ab illustri Antecessore *Antonio Giofio*, Juris utriusque laurea decoratum (*c*); & oh utinam longe superstes intueri potuisset ad nobilem Abbatiam *S. Zenonis* hujus Urbis, & subinde ad sublimem Præsulatum Ecclesiæ Conventualis *D. Stephani*; atque ad hujus *nostræ Universitatis* moderamen honorificentissime promotum! De ipsius in hanc Pisanam Academiam Promeritis; illustribus Collegis &c. ubi ad ejus Lecturæ Epocham fuerit, ex Ordine, progressum, pro Dignitate pertractabitur. Interim referre detur insigne Monumentum, quod eidem a Nepote *Petro*, in Ecclesia Pisana *S. Frigdiani*, fuit magnifice erectum, ubi potius ipsius munera, quam peculiares Dotes, sic perstringuntur: *Cappono Capponio Patritio Florentino, Juris C. olim Publico Professori, Abbati S. Zenonis, Equiti Commen-*

[*a*] *Mich. Angel. Salv. Histor. Pistoriens. Tom. 3. Lib. 22. &c.* [*a*] *Id. Mann. loc. super. alleg.* [*c*] *Lib. V. Doctor. in Tabular. Archiepisc. pag.* 107. *& Rotul. Univers. sub an.* 1558. *& seqq.*

mendatario S. Stephani Priori Ecclesiæ Conventualis ; ejusdem & Academiæ Pisanæ Provisori, ornatissimo, eruditissimo, & prudentissimo Patruo Petrus Capponius Hæres honoris, & pietatis ergo P. An. MD.CVI. & nonnullas ejusdem œconomicas laudes complectentem Inscriptionem in præd. *D. Zenonis* Templo positam, quæ ita se habet: *Templum hoc restituit, Effigiem marmoream erexit, Agros redemit, excoluit, exiccavit. Capponus Capponius Abbas, & Eques D. Steph. An.* CIƆIƆLXXXXI.

Ad hæc omnia respectum habuit *Jo. Baptist. Pinellius Genuensis*, qui eidem Carmen *de Innocentibus* jam pridem dicaverat, non invenusto hoc Epigrammate (*a*).

Capponi, num nostra Tuum tibi debita nomen
Nesciat, & tanto pagina honore vacet?
Nobilibus Tu Clarus Avis: tua cognita Virtus
Non citra genus est, mentis, & integritas.
Tu patriis fulges opibus, virtute sed auctis;
Sic Tibi, ut hinc largam captet egenus opem.
Tu Pisis Equitum sacrata, & docta Lycei
Frena Regis Sapiens, & generosus Eques.
Nulla, Deum post, cura tuo Tibi Principe major,
Sed non cura minor forsan utrique Tui est.

§. II.

Celeberrima apud Pisanos exterosque Scriptores *Lanthia Familia* est. In Pisana Ditione originem fortita, foras quoque nominis sui gloriam diffudit, qua splendidas Legationes obeundo, qua Feuda, Gubernia, Episcopatus obtinendo; & Romæ potissimum clara, ubi, præter Consistoriales, & Senatorias Sellas, retroactis seculis occupa-

[*a*] *Ex Lib. I. Carmin. pag.* 22. & *ex II. pag.* 27.

cupatas, modo Cardinalitiam Purpuram *Fridericus Marcellus* illuſtrat (*a*).

Pleraque ex his in prolixa, numeroſaque Oratione complectitur *Ambroſius Lutius* Patritius Senenſis, Primarius Anteceſſor Maceratenſis, habita in Promotione ad Academicos Juriſprudentiæ gradus *Petri Joannis Lantis Piſani*, quæ publicam lucem aſpexit, cum Nobili Auctario plurium Poeticarum Elucubrationum, inter quas Ode Latina *Caroli Lanfranchi*, Patricii pariter Piſani, datur intueri (*b*).

Nos in Opuſc. *De Fato Piſanæ Univerſitatis decurrente XV. Sec. &c.* Duorum ex his ad Scholaſticum Cœtum pertinentium, *Bartholomæi* nimirum, & *Michaelis*, ſub an. 1436. & 1466. honorificam mentionem habuimus (*c*).

His modo, in ulteriori hac ſerie ſubnectimus *Franciſcum Friderici* Filium, Senioris *Franciſci* nomen referentem, qui Lunenſem, Brixianam, & Cremonenſem Eccleſiam ſancte adminiſtraverat (*d*).

Noſter hic, primum ſubalternæ hujus Reparationis annum, nempe 1515. aperuit, merito promotus ad Extraordinariam ſacrorum Canonum Cathedram, cum annuo Honorario Florenor. ſexaginta; quam uſque ad

(*a*) *Paul. Tronc. & Bernard. Marangon. in Annal. Chronic. ap. Murator. Joſ. & Jacob. de Rubeis in Defenſ. Rediv. Carol. Chartar. & Noviſ. Joſ. Caraf. de Advocat. Conſiſtor. Append. Epiſtolar. ad Vit. P. Soderin. pag.* 219. *&c.* (*b*) *Edit. Maceratenſ. an.* 1616. (*c*) *Opuſc. IV.* §. 8. *p.* 48. *ubi Typograph. mendum ejus Magiſterii referend. ad an.* 1436. (*d*) *Ab. Ferd. Ughell. Ital. Sacr. Tom. IV.*

ad novam Studii declinationem, Ordinarii Gradu, Stipendioque auctus, moderatus est (*a*).

Utilis Patriæ suæ plurium caussarum patrocinio (*b*); notus jam pridem Florentinæ Reipublicæ, ubi post Pisas iterum in Ditionem receptas, Oratorem egerat, & & hujuscemodi Concionem habuerat, quam utpote hactenus ineditam, & unicum ejus facundiæ & animositatis specimen, ex Mss. *Bartholomæi Cerretani* Historiis, prout ibi jacet, hic profero (*c*).

„ Tra tutti i doni, che ha Dio dato al-
„ la Creatura, Eccelsi Signori Fiorentini,
„ il più eccellente è la Libertà dell' Arbi-
„ trio, e perchè moltissimi non ignobili
„ d'ingegno hanno visto quest' Uomo esser
„ posto in questa mondana bassezza, han-
„ no avuto opinione non essere in lui la
„ libertà dell' Arbitrio, come cosa posta
„ sotto questi Cieli, & consequenti a lo-
„ ro influenze, e moti, e revoluzioni es-
„ sere al tutto sottoposto, e ad essi ubbi-
„ dire &c. non conoscendo la nobilissima
„ parte, che si trova in questo composto
„ di Uomini, e per questo alcuni a i moti
„ Celesti, alcuni alla fortuna, molti altri
„ alla sorte, certi al Fato, parte al ca-
„ so, hanno in tutto il governo d'ogni
„ cosa creata attribuito. E per dirlo in
„ una parola ogni generazione, corruzio-
„ ne, e bene, e male causarsi: cosa al

tutto

[*a*] *Rotul. dd. Annor. in Archiv. Refor, & in Universit.* [*b*] *Vid. Archiv. S. Michael. in Burg. Pisar. inter Act. Abbat. Vital. Martii.* [*c*] *Ex Lib. V. pag. mihi* 217, *terg.*

„ tutto confusa, e inconveniente: il per-
„ chè venuto il Principe della Cristiana
„ Religione chiaramente, e unitamente
„ chiarirno, e dimostrorno l'Uomo esser
„ composto di due parti, cioè d'Anima,
„ e di Corpo, l'uno de' quali, cioè il
„ Corpo ha moti Celesti, l'Anima a Dio
„ Autore della natura attribuirono.

„ E perchè questo ancora da molti Fi-
„ losofi era stato conosciuto, più eccellen-
„ temente all'individui trapassarono, di-
„ cendo quest'Anima essere più nobile de'
„ Cieli, e non sottoposta alli loro moti,
„ e che da esso Dio in lei era posto que-
„ sto eccellentissimo Dono del libero Ar-
„ bitrio: la qual cosa certo si conosce da
„ qualunque vivente, perchè sempre si
„ sente questa scintilla nell'animo di cias-
„ cuno germogliare, e in qualunque sta-
„ to, grado, età, e loco, non mai si quie-
„ ta, ma sempre esso moto naturale e Do-
„ no Divino excitato s'ingegna di cresce-
„ re, e multiplicare.

„ Il perchè essendo noi Uomini in com-
„ posizione come gli altri, & essendo dall'
„ Esercito Francese excitati, avendo quel
„ Principe Cristianissimo nella Città, la
„ Libertà unitamente chiedemmo, non per
„ donarla, o sottoporsi ad alcuni Princi-
„ pi, o Repubbliche, non per offendere
„ Persona alcuna privata, o pubblica del
„ Fiorentino Imperio, non mossi da ava-
„ rizia di torre a Persona, ma solo per
„ recuperare l'eccelso Dono, e usarlo,
„ come già usammo con non piccola feli-
„ cità ne' passati tempi. Il perchè non vi
„ potete, nè dovete dolere di noi, ma
„ più tosto di questo instinto, ed ordine
natu-

„ naturale, oltre a queſto eſſerci nota la
„ nobiliſſima Origine noſtra.

„ Le quali Coſe l'un dì, più che l'al-
„ tro, ci hanno a tanta animoſa Impreſa
„ incitati, nè anche al preſente, o per
„ l'avvenire mancherebbe, ſe la neceſſi-
„ tà, o impoſſibilità non ci aſtringeſſi. E
„ ſe alcuno ne diceſſi, Noi prima a' Fran-
„ ceſi, dipoi al Dominio Veneto, doppo
„ a i quali al Sig. Lodovico Duca di Mi-
„ lano, e in ultimo luogo alli Spagnoli
„ avere la noſtra libertà inſieme con la
„ Città conferito, ſottoponendoſi alla li-
„ bidine, e barbara voglia inſieme con le
„ Donne, e Figliuole, di ſtrane Nazioni,
„ e beſtialiſſime ſquadre di Soldati dicia-
„ mo, che per riavere libera la Domina-
„ zione, e difenderci da voi, ci donam-
„ mo al Re Carlo, il quale fattici liberi,
„ non ci chieſe mai alcuna poteſtà, o
„ balia, ſola riſervandoſi le Piſane For-
„ tezze, le quali ebbe da voi, e così li
„ andammo ſecondando, come hanno fat-
„ to le altre Città d'Italia, per infino a
„ tanto, che li traemmo di mano la Citta-
„ della della noſtra Città, e ſubito per ſpen-
„ gere in tutto l'immagine, e ſi brutto
„ ſpettacolo di ſervitù, infino ſul piano
„ della Terra la ſpianammo, e moſtram-
„ mo e difuori, e di dentro il noſtro fu-
„ turo penſiere; ma dalli continui aſſalti
„ voſtri, eſſendo ancora la libertà noſtra
„ tenera, debole, e povera, fummo co-
„ ſtretti ec.

Eo, nempe, Florentiam, denuo rediit Orator (*a*) ad *Julianum Medicem*, ut ope

Lau-

[*a*] *Die* 4. *Aug.* 1518. *Piſ. ut in Tom. VIII. pag.* 75. *habetur in Arch. Communit.*

Laurentii maxima in Republica auctoritate pollentis, si non exemptionem omnimodam; dilationem saltem procrastinationemque a solutione Decimarum, pro Civitate sua impetraret; nec non ut promissam oretenus pro Dom. *Jacobo de Sancto Cassiano* Cathedram, Studii Moderatores dignarentur impertiri: quod non multo post evenisse infra narrabitur (*a*).

Idem & inter Urbis Pisanæ Reformatores assedit; (*b*) & inter Piæ Domus Misericordiæ Gubernatores, donec Eo, sub Die secunda Decembris An. 1535. Styl. Pis. Vita functo, *Benedictus Mastianus* in id muneris successit, de quo inferius (*c*).

§. III.

Nicolaus Soderinius; non Vexillifer ille, in quo fausta multa, & nonnulla etiam tristia evenerunt; (*d*) sed Junior alter *Nicolaus* Junioris Thomæ Fil. Laurentii Nep. Anno 1515. hujus intermediæ Reparationis Primo, non indecorum sibi suæque Patritiæ Familiæ censuit, Jus Pontificium, Extra Ordinem interpretaturus, eas Cathedras conscendere, quas & *Cardinalis Franciscus*, & *Jo: Victorius* jampridem virtutis ac Nobilitatis suæ radiis illustraverant, ut a nobis opportuno loco fuit adnotatum (*e*).

Postquam Anno uno, cum *Fortunio Gratia*, & prælaudato *Francisco del Lante*, dictam Cathedram rexit, non renuit etiam in

[*a*] *Ibid. pag.* 92. [*b*] *Lib. VII. pag.* 96. *terg. sub an.* 1515. [*c*] *Lib. XI. pag.* 301. [*d*] *Scip. Ammirat. in Arbor. & Histor. Famil. Georg. Vivian. Marchesi. Part. I. pag.* 385. *ubi de Gangaland. Famil.* [*e*] *In Opusc. VII.* §. 13. *& in Opusc. X.* §. *IV.*

in Jure Civili, per aliud breve temporis intervallum, de se specimen illustre præbere (*a*). Post hæc ad Ordinariam Sacrorum Canonum evectus, eam, compos jam redditus Florenorum Centum, & Sexaginta, An. 1520. cum Illustribus Collegis *Mariano Juniori Soccinio, & Alexandro Malegonnella*, moderatus est; (*b*) nec quandiu stetit Gymnasium, nondum superventis Discordiis Florentinorum cum Pontificiis, loco motum invenio; immo in dies plurimum in communi existimatione præcelluisse. Turbulentissimo Anno 1527. in Patriam reversus, inter Florentinæ Urbis Priores, non multo postea duraturos, & Ipse consedit (*c*).

§. IV.

Aloysius de Vellutis Petri Fil. Nobilis Florentinus, & conspicuus Advocatus, (*d*) in hoc Pisano Athenæo Juris Civilis Extraordinariam Cathedram moderandam suscepit An. 1515. (*e*) nec multo post, Florentinas Priorum Sellas, Anno nimirum 1519. conscendit (*f*). Nisi propria virtute enituisset, prout certe enituit *Fridericia Familia*, quasi per traducem *Mar-*

C *gari-*

(*a*) *Rotul. Florentin. Reform. & Pisan. Archiv. sub an.* 1516. *& seq.* (*b*) *Ibid. sub præd. Ann. & seq. ut infer. adnotab.* (*c*) *Franc. Segalon. in Pr. Florent. in Archiv. Secret. S. C. M. &c.* (*d*) *Joseph. Rustic. ad L. Cum Avus ff. de Condition. & Demonstrat. Abb. Eugen. Gamurr. Tom. II. Geneal. in Fam. Federighia &c.* (*e*) *Rotul. Academ. præd. An. in Tabular. Reformat.* (*f*) *Prælaud. Segalon. Tom. I. in d. A. S.*

garitam Filiam, *Carolo Comiti de Fridericis* nuptam, potuisset parta hac ab *Aloysii* Genere, splendidissima luce præfulgere (*a*).

De Familia hac, quæ Florentiæ Semitæ *de Vellutis* nomen dedit, ita cecinit noster *Verinus* (*b*).

Velluti est Genus antiquum a Semifonte profectum,
Egregiisque Viris, quondamque opulenta Propago
Extitit: in Terris nihil est durabile nostris &c.

Verum quidem, quod ob assiduas rerum vicissitudines, quas Florentina Respublica, sub evanida Libertatis specie, perpessa est, Gens isthæc, cum nonnullis aliis, ex Potentioribus, solum vertere coacta est; (*c*) Sed tantumdem verum, quod Neapolim translata, exinde cum aliorum Decorum, Titulorumque accessione, Florentiam remeavit; [ibi etenim *Petrus Senior* Baroniam adeptus] (*d*); Et Florentiam reversa, pluries Priorum sellas occupavit, & Vexilliferatu perfuncta est: (*e*) quos inter Signiferos jure meritoque recensetur *Donatus*, Chronicæ illius Scriptor, (*f*) quæ, ob Etruscæ Loquutionis puritatem, ab

(*a*) *Ibid. pag.* 250. *ex Lib. Gabel. D* 206. 19. (*b*) *Lib. III. Illustrat. Florent. Urb. pag.* 79. *Vid. erud. Rosę. Martin. in Præf. ad Hist. Bol. semif. &c.* (*c*) *Idem Gamurr. Vol. IV. in Famil. Guidecta p.* 151. (*d*) *Jul. Negr. in verb.* Petrus Vellut. (*e*) *Præcit. Ammirat. & Philipp. Nerl. Lib.* 2. *Commentar. Urbanor. &c.* (*f*) *Jacob. Gadd. in Elog. VI. pag.* 23.

ab *Academicis Cruscanis*, in celebri *Vocabulario* allegatur.

§. V.

Ad conciliandum decus Familiæ *de Filicaria*, ex qua felicissimum ortum duxit *Alberti* Filius, vulgo *Berti*, *Petrus*, noster Juris Civilis Professor Anno 1515. & aliquot sequentibus, non opus est ad Romanam *Vitelliam*; neque ad Florentinam *Tebaldorum* confugere, ut exinde gloriam splendoremque mutuetur (*a*). A quartodecimo Seculo, duodecim Vexilliferi; & quinquaginta Priores, in ea dinumerantur; immo eodem Anno, quo *Petrus Berti* Lectura potitus, *Bertus* alter, ex Francisco progenitus, post Biturgensem laudabiliter gestam, Pisanam Præturam administrabat (*b*). Verum enim vero Litteraria hæc Munia [sicuti nec Nobilitati danda] ita nec spectatissimæ ejus Nobilitati data, sed Doctrinæ: in qua plurimum præstitisse, illud argumento est, quod singulis fere Annis, stipendio auctus reperiatur; ita enim se habent Prima Conductio, & subsequutæ provisiones: (*c*) „ *D. Petrum* „ *Berti de Filicaria*, ad legendum *Lectu-* „ *ram Institutionum* pro duobus Annis in- „ cœptis Die prima Novembris 1515. cum „ Florenis vigintiquinque de Studio pro „ quolibet Anno: Item Die duodecima „ Augusti 1516. auxerunt pro futuro An- „ no, usque ad quadraginta: Die vigesi- „ sima Octobris 1517. fiat Reconductio pro

C 2 duo-

[*a*] *Ugol. Verin. Lib.* 3. *pag.* 71. *Ricord. Malaspin. cap.* 57. 58. 108. [*b*] *Ser. MS. in Palat. Pisan. Prætor. Monum. Domest. Fam.* [*c*] *Ex Lib. Reform. dict. Ricord. pag.* 3. *&c.*

„ duobus aliis Annis *ad Extraordinariam*
„ *Juris Civilis* cum eodem ſalario Floren.
„ quadraginta. Die decimaquarta Septem-
„ bris 1518. auxerunt Salarium pro futuro
„ Anno uſque ad Floren. Sexaginta de
„ Studio.

Intermedio tempore, & poſt hæc, inter Cives ſuos Florentinos, nobilis Advocati munus exercuiſſe, remotiorem ætatem latere noluit Nobilis, & ipſe Juriſconſultus *Joſephus Ruſticius* (*a*). A qua quidem Profeſſoria, & Forenſi Toga, ſplendidior ipſi fuit ad alia Civilia Munia, & Poſteris ſuis ad Senatorias Dignitates acceſſus; propagata enim, & ſubinde propagata per interpoſitas Perſonas *Bartholomæi* Filii, & *Alphonſinæ de Montautis* Nurus, Sobole (*b*), ſubalternus Stipes prædives fuit quinque Purpura Senatoria conſpicuorum (*c*): quorum poſtremus, fere ad hanc uſque ætatem, *Vincentius* Braccii Filius, qui in Etruſca Poeſi, & potiſſimum Lyrica, præſtantiſſimus, in Hominum memoria; in Faſtis Eruditorum, vivit nunquam interiturus. Utinam immatura morte ſublatus minime fuiſſet *Ab. Braccius*, ipſius ex Filio Nepos, a me ipſo, poſt geſtam Diebus Feſtis, Extraordinarii Lectoris Perſonam, ac Theſes viriliter propugnatas (*d*), Juriſconſultor: Inſignibus exornatus! Spes erat ad utramque Togam, & ad omnem Avi-

(*a*) *Lib. I. Comment. ad L. cum Avus cap.* 13. *num.* 27. *ubi per Typogr. Mend. de Feliciariis legitur*. (*b*) *Lib. Gabel. D.* 211. 16. (*c*) *Ferd. Melior. & Joſeph. Mann. in Ser. Senator. Florent.* (*d*) *Edit. Lucæ ap. Philipp. Maria Benedin. An. MDCCXLIX.*

Avitam Laudem, Ipsum facile perventurum.

§. VI.

Ex ea Francigena Familia, quæ Florentiam translata, ibi cum diversis ejusdem Cognominis floruit, ac floret (*a*), Restauratum paulo ante Gymnasium, Scientiæ suæ radiis illustravit *Paulus* de *Bartolis*, Laurentii Filius. Provincia, in hac Academia, ipsi demandata, Jurisprudentiæ, extra ordinem, profitendæ fuit, constituto eidem salario Floren. 40. in Annum; atque id, ex nostris monumentis, evenisse deprehenditur Anno 1515. (*b*), quem, cum plerisque aliis, Pisis cum laude transegit, maximo Fautore *Bernardo Siculo* Pisani Athenæi *Proreªtore* vigilantissimo (*c*). Reliquos cum in Patria transegisset, Advocati Officium exercendo, (*d*) Anno 1529. turbulentissima plane pro Florentinis tempestate, *Priorem* Urbis egit: quam pariter Dignitatem Anno 1490. Laurentius Genitor sortitus fuerat (*e*).

Ut erat Vir acerrimi judicii; & Patriæ Rerum, Personarumque probe conscius, circa eadem fatalia tempora, inter septem Prudentes adlectus invenitur, ad designandos declarandosque Cives Populari Gubernio male affectos, ut in suis Urbanis Commentariis, *Philippus Nerlius* Testis est locupletissimus (*f*).

C 3 In-

(*a*) *Franc. Segalon. in Catal. Florentin. Famil. in Archiv. Secr. M. E. Duc.* (*b*) *Rotul. Scholastic. in Tabular. Florentinar. Reformat.* (*c*) *In Act. Cancellar. an.* 1516. (*d*) *Præcit. Jos. Rustic. loco superius alleg.* (*e*) *Vid. Mss. Monum. Segal. ib.* (*f*) *Lib. IX. sub an.* 1529.

Ingrati animi nota affici viderer erga illustre hoc cognomen, nisi sumpta hinc occasione, de *Cosmo* Matthæi Filio, conspicuo *Verini nostri* Alumno, Florentinæ Ecclesiæ Baptismalis Præposito, hic aliquid subnecterem, qui de Patria nostra, atque omni Litteraria Republica optime meritus, præter multa, quæ ab aliis recensita recensere non vacat, Publici Juris fecit Italica lingua *Sermones Historicos Universales: Sermones Academicos super Dantem: Tractat. Elementor. linguæ Etruscæ a Georgio Fratre compositum: Versionem Boetii Severin. de Consolat. Philos.: Vitam Frideric. Œnobarbi: Orontii Finei Opera Geometrica Italice versa &c.* quæ idcirco summopere dignum reddidere, ut communi Scriptorum calamo celebraretur (*a*).

§. VII.

Ornant pariter primum subalternæ hujus Epocæ annum, videlicet 1515. duo *Curtii Ticinenses*; unus Juris Civilis Professor; alter Medicinæ, nempe *Franciscus Junior de Curte*, Senioris Francisci Nepos, quem communiter, ad differentiam Primi, diminutivo nomine *Franciscbinum*, vel *Franciscillum* appellant (*b*). Ne discessus occasionem obtenderet honorarii tenuitatem, majori quam in Patria, ubi *Feuda* interpretabatur; & majori, quam *Mantuæ* appellationum Judex fuerat renunciatus, sti-

pe

(*a*) *Biblioth. P. Negr. in V.* Cosm. *Salvin. in Fast. pag.* 82. *Aprof. pag.* 259. *&* 409. *Notit. Academic. Florent. in V.* Georg. *Bibliot. Cinell. ab erud. Caloger. auct. T. I.*

(*b*) *Sched. Academ. d. An. in d. Tabular. M- Benavid. Mant. in Epitom.* §. 77. *nov. Edit.*

pe nimirum sexcentorum Florenor. largor. de auro in auro, annuatim sibi persolvendorum; & Antemeridiana Juris Cæsarei Cathedra decoratus fuit (*a*): cum ea insuper opportunitate, ut & *Frater Matthæus* hic, cum lauto stipendio, de quo inferius, profiteretur. Verum spes hæc Gymnasiarchos nostros fefellit; reverso siquidem *Philippo Decio*, alibi a nobis laudato (*b*), cujus selectam Doctrinam, & fervidum ingenium plerique reverebantur, oblatoque sibi in Patrio Athenæo, mille centum aureorum stipendio, & singulari Cathedra, ad suos regressus est; unde forsan amplius non discessisset, Regii Consiliarii *Francisci Primi*, Titulo cohonestatus, nisi, in Patriæ direptione ab Imperialibus facta, & Cathedram, & Titulos, & Privatam quoque suorum Bonorum jacturam captivitatemque Personæ, coactus fuisset ingemiscere (*c*).

In tam tristi rerum statu, amantissimus Frater *Matthæus* excogitavit opportunum ac salutare remedium, quo *Franciscus* ab ea calamitate liberaretur, impetrando scilicet a Serenifs. Veneto Senatu, cui tunc Patavii publice docendo famulabatur, ut illuc etiam Frater ad profitendum transferretur cum annua mercede Coronatorum mille, quæ pro captivi Fratris Redemptione inserviret, ut ex fide Promissorum evenit (*d*).

 Pri-

(*a*) *Reform. Volum. ab an.* 1514. *in seqq. pag.* 61. (*b*) *In Opusc. VI. cui tit.* Recensio &c. (*c*) *Guid. Pancir. de Clar. &c. & commun. de eo Script. infer. alleg.* (*d*) *D. Panciroll. Lib.* 2. *cap.* 154. *n.* 239. *&* 264. *Papad. Lib.* 2. *sect.* 1. *cap.* 18.

Pristinæ itaque Libertati redditus *Franciscus*, ac libera integri Stipendii sui perceptione potitus, de propaganda Familia, vel a priscis temporibus Mediolani clara cogitavit (*a*); susceptisque *Rolando*, *Francisco*, & *Hieronymo* Filiis, si non ipsis opulentum Patrimonium, lautissimam saltem Legalis Scientiæ supellectilem reliquit anno 1533. quo die 27. in præd. Antenorea Urbe, Apoplexia correptus interiit, ut Ecclesiæ *D. Francisci* Monumenta testantur (*b*).

Toti sunt in ejus laudibus, nedum plures Clarissimi Discipuli, quos ubique potuit ostentare; sed & concurrentes Collègæ *Marc. Mantua Bonavidius*, *Marianus Soccinius Junior*, *Marc. Antonius Natta*, *Joannes Nevizzanius* (*c*); quos utique Collegas impensos laudatores habere, rarissimum, experientia teste, compertum est. Sed quid Collegis opus, ubi opera loquuntur?

Quæ *Curtii Junioris* nomine, lucem aspexere sunt hæc: *Lib. Feudor. Duo Volum. Responsor. In Codic. & Digest. quamplures LL.* (*d*).

§. VIII.

Matthæus Curtius, *vel a Curte*, *Ticinensis*, si naturalis ordo ætatis hic servaretur; non Scholasticus materiarum, superiori anteponendus, utpote natu major, tempestive accedit, conductus & ipse eodem anno, quo

[*a*] *Id. in Elog. Franc. Senior. Lib.* 2. *cap.* 119. [*b*] *In Elog. Junioris*, *ubi supra*. [*c*] *Mant. d. n.* 77. *Soccin. Jun. in cons.* 30. *& in cons. de Duello.* [*d*] *August. Fontan. in Biblioth. & Jo. Zilett. in Indic. ex* 7. *T. Repet. &c.*

quo *Franciscus* Frater, nempe anno 1515. ad ordinariam Medicinæ cum Honorario Florenorum sexcentum (*a*).

In his, quæ suæ erant Artis, ac Magisterii, Fratre nullatenus inferior ingenio, non inferior industria, Spartam suam egregie ornabat, cum spe majorum præmiorum illectus, Patavium, ac Bononiam concessit (*b*).

Et revera huic nostro illud & utile contigit, & honorificum, ut a *Clemente VII. P. O. M.* inter intimos Medicos suos adlectus, & Collegio Romanorum adscriptus (*c*), cum eodem Summo Pontifice Massiliam perrexerit, occasione Nuptiarum contrahendarum inter *Catharinam Mediceam Neptem*, & *Galliarum Delphinum*, qui postea sub *Henrici secundi* nomine, Regnum administravit.

Elucubraverat interea magnam Operum suorum partem, quæ tanquam Typis impressa, enumerantur: *De Prandii, & Cœnæ modo: De Venæ sectione: In Mundini Anatomem: De Aquæ Bonitate: De Dosibus: De Septimestri Partu: De Febribus* (*d*). Præter hæc a *Clariss. Morosio*, tanquam suo tempore inedita recensentur: *In Paracelsum* (*e*); a *Clariss. Montfaucon*, *In Ar-*

(*a*) *Rotul. præd. an.* 1515. *in Lib. Reform. cui præsign. est* Cherubin. (*b*) *Nicol. Papadopol. Histor. Patavin. Gymnas. Lib.* 3. *sect.* 2. *cap.* 13. *num.* 316. *Nicol. Alidos. de Doctor. Bonon. Exter. pag.* 54. (*c*) *Prosper. Mandos. de Archiatr. ex Lib. Statutor. Almæ Urb. qui a* 154. (*d*) *Georg. Mercklin. in Linden. Renov. Lib. I. Id. Papad. Lib.* 3. *& Alidos. præcit. loc. Id. Mandos. ib.* (*e*) *In Polistor. pag.* 759. *nov. Edit.*

tem Galeni (*a*); a *Clarifs. Joanne Lamio* (*b*) *Prælect. Physic.* sub hoc tit. *Lectur. in Lib. Parvor. Natural. die* 2. *Novemb.* 1545. *Pis.* (quod utique debet intelligi de anno Pisano; Florentino autem 1544.) & subter: *Io sono d'Amerigo Roncioni*, forsan ejus Discipuli post reditum in hanc Academiam; non immemor etenim egregii famulatus sibi in Pisano Lyceo; suisque in curanda, conservandaque eorum valetudine jampridem præstiti, *Cosmus Primus* Celsiss. Etruriæ Dux, in hoc ipsum, ab eo magnifice instauratum Athenæum, iterum prælaudatum *Curtium*, potius honoris, quam quotidiani usus gratia, accersendum duxit, annua stipe *mille aureorum in auro*, constituta (*c*). Referenda plane est nova hæc expertissimi Senis, quem alterum Esculapium dixeris, Reconductio in annum 1543. postquam Bononiæ profiteri desierat (*d*), & cum jam sexagesimum octavum vitæ annum ageret; subsequenti autem 1544. *Pisis*; non *Papiæ*, ut quidam scribunt (*e*), occubuit; ejusdemque corporeæ exuviæ repositæ: ubi post plures annos, a Regia Munificentia ejusdem splendidi Principis, licet integro Stipendio secundi decurrentis anni, nondum expleti, in id potissimum, heredibus, memorabili exemplo, persoluto (*f*), Proprio Ære, magnificum illud Monu-

(*a*) *In Bibliot. Bibliothecar. pag.* 759. *ex Mss. Parisiensi.* (*b*) *In Catal. Mss. Riccard. Biblioth. p.* 280. (*c*) *Rotul. in Arch. DD. Consiliar. Florent. Civit.* (*d*) *Alidos. præcit. loc. pag.* 54. (*e*) *Id. Mercklin. in Linden. renov. Lib.* 1. *pag.* 793. (*f*) *Sub die* 27. *Januar.* 1544. *in d. Tabular. Domin. Consiliar.*

Monumentum, quod ibi subspicitur, ponendum curavit cum hoc Elogio, in celebri Cæmeterio, quod vulgo dicitur *Campo Santo*.

Matt. Curtio Ticin.
Qui Hipp. Galeniq.
Vindex Salutis
Augurium egit.
Medicinamq.
Exercens & docendo
Ipse valens semper
Excoluit.
Mon. hoc amplius
Quam Filij
T. P. J.
Cosmus Med. Flor.
Dux II.
Ære Suo P. C.
MDXLIIII.
Vix. Ann. LXX.

Objectum tam longævo ac sospiti viro, qui de *Rebus Physicis*, & *Anatomicis*, & *de Prandio*, & *Cœna* non incuriose scripsit, quod incongruo Victus genere, *Clementi eidem VII.* mortem acceleraverit (*a*); immo se ipsum enecaverit (*b*); sed per invidiam, ut alii existimant, eidem exprobratum (*c*); nisi forsan & ipse ex eo hominum genere fuit, cui *Ovidianum illud* potest aptari:

Video meliora proboque, deteriora sequor (*d*).

C 6 §. IX.

[*a*] *Vid. id. Prosper. Mandos. loc. super. alleg.* [*b*] *Clariss. Anton. Cocch. de Vict. Pithagor.* [*c*] *Epist. Hieronym. Donzellin. in Collect. Epist. Medic. Matthiol.* [*d*] *Med. apud Ovid. Lib. VII. Metamorphos.*

§. IX.

Mag. Mingum, quem tanquam præstantem Philosophum, ac Medicum celebrat coævus fere Scriptor *Leander Albertus*, ubi de Faventinis Illustribus agit (*a*); & cum laude commemorat *Fr. Dominicus Gandulfius* (*b*), Praxi Medicæ edocendæ proficuum existimarunt sapientissimi nostræ Academiæ Moderatores, quamobrem anno 1515. ad id muneris evocarunt; eique Comitem *Mag. Bonifacium Miniatensem* adjunxerunt (*c*). Alii ejusdem cognominis *Mingi*; sed alterius Patriæ, ac Professionis, de quorum scriptis *Fontana*, & *Konigius* (*d*); noster vero Commentaria edidit in *Logicam* insignis Eremitani *Pauli Veneti*, hoc est *Pauli Niccoletti*, origine *Utinensis*; Domicilio autem & longo Magisterio *Veneti*, qui inter sui temporis Dialecticos, & Theologos triumphabat (*e*).

Quod spectat ad *Mag. Bonifacium*, instar plurimorum, qui neque scriptis claruerunt, neque Gentilitium cognomen in Scholasticis albis describendum curarunt, nihil in præsentiarum, eorum potius, quam incuria nostra, adnotandum suppetit.

§. X.

(*a*) *In Ital. pag. mihi* 259. *Edit. Venet. ann.* 1551. (*b*) *In Dissertat. Historic. de Augustinian. Script. p.* 289. *in Not.* (*c*) *Catalog. Florent. & Pisan. Profess. dict. ann.* 1515. *in Offic. Reformat.* (*d*) *In Biblioth. ab ipsis edit.* (*e*) *D. Dominic. Anton. Gandolf. in præd. Ser. Hieronym. Ghilin. in Theatr. Viror. Illustr. pag.* 216. *Clariss. Jo. de Augustinis Tom. I. de Scriptor. Venet. in præfat. pag.* 47.

§. X.

Sub eodem anno 1515. pro publica Pisana Cathedra destinatum legimus cum amplo Florenorum quingentorum aureorum Stipendio, *Petrum Mantuanum* vulgo, ob exilitatem corporis, quam describit *Papadopolius* (*a*), nuncupatus *Il Peretto*: sub quo nomine latitat *Petrus Pomponatius*, insignis Aristotelicus; cumque de recentis hujus Gymnasii duratione diffideretur, etiam pro Florentino; vel alio quovis loco detinendo Studio, & si nullibi fieret, cum eo nihilominus stipendio destinarunt (*b*). Verum cum ex subsequentibus Academicis Schedis, neque hic, neque illic ejus nomen amplius reperiatur, nullibi apud nos docuisse censemus; Et si verum ingenue fateri liceat, huc neutiquam advenisse lætamur; suspectus etenim de reproba sententia circa animorum mortalitatem, forsan Etruscam juventutem infecisset, quæ, summo Dei ter Opt. Max. beneficio, ab hac & similium impiarum opinionum labe, hactenus illæsa servata est.

Non ignoramus *Pomponatium*, apud quosdam relatos a *Morofio in Polysthore* &c. (*c*) defensum, excusatumque, quasi sententiam hanc retulerit, minime vero approbaverit, audaci nimis comparatione cum *Cardinali Cajetano*, aliisque sanctæ credulitatis viris; sed nos orthodoxi, in hoc tam lubrico Fidei negotio, turpissimum ducimus, defensione indigere.

Loco, ac vice istius, in Officio detentum

(*a*) *Tom. I. Lib.* 3. *sect.* 2. *cap.* 8. *n.* 42.
(*b*) *D. Vol. Reform. ab an.* 1514. (*c*) *Tom. II.* 1. 12. 2. *Paul. Jov. Elog. Tom. I. App. Ann. de Faba in Lib. cui tit.* Ritratti.

tum gratulamur expertæ probitatis ac doctrinæ virum *Franciscum Verinium Seniorem*, de quo supra; & ad extraordinariam Physicam promotum *Raphaelem Donati Francisci*, cognomento *Celatone*; & *Lucam Antonium Vivaldum*: quo per plures annos, etiam pro Mathematica, ac Medicina edocenda, utiliter usi sunt (*a*); in Physicis, in ejus locum subrogato *Cerretanio*, de quo inferius.

§. XI.

Florentinam Litterariam Historiam, qui vel a limine salutarunt, *Andreæ de Dactiis* nomen ac decora neutiquam possunt ignorare. Obiter nunc juvat adnotare honestissimam ortus conditionem Florentiæ sortitum; nobiliorem etiam subsequutis temporibus redditam (*b*), suo etiam Græcæ, Latinæque eruditionis nitore collustrasse (*c*). Invexit eam, etiam in hoc bonarum Artium Emporium, Poetices, & Oratoriæ Professor designatus anno 1515. (*d*) Et sic ab eo primum tempore, quo ad alliciendos iterum studiosorum animos ad intermissum, per longam annorum seriem, hoc Gymnasium, præstantium Professorum major erat indigentia: unde ejus excellentiam conjici liceret, etiamsi aliunde posset ignorari.

Exitu jam optatis respondente, in Patriam Academiam, in qua jam pridem docuerat, ei permissus regressus, ubi ætatem

[*a*] *Monum. Academic. ad. in Archiv. Reformat.* [*b*] *Stegmat. Franc. Segalon. & Julian. de Ricciis.* [*c*] *Vid. super. in* §. *In hoc eodem albo &c.* [*d*] *Catalog. Pisan. Professor. d. an.* 1515. *& seq. in præalleg. Archiv.*

tem cum plausu transegit usque ad annum 1548. (*a*) quo eodem anno [qui eidem fuit vitæ supremus] Epistolas ad celebrem Jurisconsultum *Lælium Taurellium*, in Medicea Florentina Bibliotheca, cum hac subscriptione datur intueri : *Andreas Dazzius cæcus senio confectus* (*b*). De ipso honorifice sentit, ac loquitur *Cosmus Bartolius* supra laudatus (*c*) ; ejusdemque, tam in soluta, quam in vincta numeris Oratione, excellentiam unanimi calamo concelebrant in Catalogis suis *Poccriantes*, & *Negrius*, præter *Mich. Angel. Seraphin.* in Funebr. Orat. publice habita ; & isthæc Torrentini Prælis commissa circumferuntur : *Epist. & Poemat. Orat. de Laudibus Literar. Sylvæ octo*, *Eluromyomachiæ* Lib. tres &c. Eundem *Petro Angelio*, nitidissimo utique Scriptori, æquiparat *Nicolaus Leorinus* (*d*). *Jacobus Gaddius* (*e*), *Casæ*, *Critinique* præstantiam minime assequutum tradit : verum & hos insignes viros pone sequi, non ultima laus est.

§. XII.

Inter instauratores deserti jam Pisani Athenæi, & inter celebriores hujus ætatis, Juris Pontificii Explanatores, nemo, nisi per summam injuriam, honorificentissimum locum denegaverit *Joanni Groto Casalensi*, e *Monteferrato*.(*f*).

In Florentino Tabulario Reformationum sub die 21. mensis *Augusti* MDXVI. hæc Pro-

(*a*) *Jul. Negr. de Script. Florent. p.* 35. (*b*) *Can. Salvin. Salvin. in Fast. Consular. in Elog. Cosmi Bartol. p.* 78. (*c*) *Serm. V. super Dant.* (*d*) *In Vatib. Italic.* (*e*) *De Scriptor. non Ecclesiastic. pag.* 166. (*f*) *Hieronym. Ghilin. in Theatr. part.* 2. *p.* 124.

Provisio legitur: Magnifici Officiales Stu-
„ dii Civitatis Florentinæ, & Pisanæ si-
„ mul in sufficienti numero adunati &c.
„ servat. &c. Conduxerunt Domin. *Johan-*
„ *nem Crotum de Monteferrato* ad legendum
„ in Studio Pisarum Lecturam Ordinariam
„ Juris Canonici de mane, pro tempore
„ trium Annorum inchoandorum Die pri-
„ ma Mensis Novembris proxime futuri,
„ cum Salario quolibet Anno Ducatorum
„ quingentorum auri largor. & in auro.

Docuisse jampridem *Papiæ* anno 1496. idem ipse testatur in *Lege Eadem* 4. §. *Cato*, *ff. de Verbor. Oblig.* Deinde *Bononiæ*, & quidem cum ingenti æmulatione cum *Carolo Ruinio*, cujus Elogium alibi dedimus (*a*); & signanter anno 1514. ex Inscriptione ad novam ejus Repetitionem super *d.* §. *Cato* eruitur. Ibidem verosimile est elucubrasse diversa alia Opera in eadem amplissima Collectione congesta, & sunt: *In Rubr. Decretal. de Appellat. & mult. ejus Capit.: In Rubr. de Jurepatron. & var. ejusd. Capit.: In Rubr. de V. O. & divers. LL.: In L. Omnes Populi ff. de Justit. & Jur.: In Rubr. & L. 1. & L. Soluto, & L. Si constante ff. solut. Matrim.* &c.: *In L. Gallus ff. de Liber. & Posthum.: In Rubr. ff. & L. 1. & L. Non solum de nov. Oper. nunciat.: In L. Si is, qui pro Emptore ff. de Usucapion.: In Rubr. & L. primam, & L. Nemo potest ff. de Legatis, & Fideicommiss. 1.* Ejusdem habentur Consil. Volum. tria: *Item Tractat. de Testibus cum Addit. Jo. Campegii* &c.: *Item in Cap. Quia in omnib. aliaque Capit. de Usuris: In L. 1. ff. de acquirend. Possess.: In L. Fra-*

ter

(*a*) In Serm. IX. §. 20.

ter 38. *ff. de Condit. Indeb.* : *De eo, quod certo loco, & condit. Tritic.* (*a*).

Inter illius Discipulos clariores, teste Pancirolio, ab ipsomet *Croto* recensetur *Ubertinus Zuccardus Corrigiensis*, qui lautam supellectilem in Bononiensi ejus Schola sibi comparatam in Ferrariensem Academiam transtulit Professor eximius, Scriptorque plurium Librorum, quos ex Instituti sui ratione, refert *Ferrantes Borsettus* (*b*). Recensetur etiam, (licet tale *Croti* Magisterium ab *Hiacyntho Vinciolio* reticeatur) *Æmilius Ferrettus* (*c*) *in Castro Franco* inferioris Vallis Arni natus, qui præter *Alciatum* cultiorem Jurisprudentiam in Galliam intulit docendo; edendoque plures Interpretationes, ac Tractatus, universam J. C. Rempublicam juvit: cui propterea e Biturigibus ipsemet *Alciatus* rescribens cum hac honorifica nuncupatione rescribit: *Præstantissimo Jurisconsulto* &c. & quem ejus Auditor Clariss. *Antonius Goveanus Parentem suum alterum* appellat (*d*).

Pisas accedentem, suborta rixa inter Cauponem, ejusdemque Famulum, ad necem usque percussum *Crotum*, hæsitando, scri-

(*a*) *Ex I. III. IV. V. VI. Repetent. Canonic. & Civil. & Tractat. Volum. August. Fontan. Jo. Bapt. Zilett. in Biblioth. & Indic. Scriptor. Legal. Hieronym. Ghilin. d. l.*
(*b*) *Lib.* 2. *Histor. Alm. Ferrar. Gymnas. Part.* 2. *pag.* 113. (*c*) *In Indic. celebrior. J. C. ad Imperial. Institut. apposit. pag.* 681.
(*d*) *Helen. Ribit. ejus pariter Alumn. in Vit. Ferrett. Oper. adnexa* : *Jan. Vincent. Gravin. in Lib. de Ortu &c.* §. 171. *Joan. Lamius Part. II. Hodœporic. pag.* 599.

scribit *Guid. Pancirol.* (*a*). Verum cum ex superioribus constet *Pisis* professum fuisse, in discessu tantum hoc ei sinistrum contingere potuisse dicendum, *Bononiæ* admodum juvenem obiisse *Ghilinius* supponit: quo loci relatum quidem ipsius corpus *Magdalena Landia Bononiensis*, ejusdem uxor, qua nulla certior Testis, in hoc, prædefuncto conjugi Epitafio apposito testatur (*b*).

D. O. M.

Jo. Crotto Monferrat. Pont. Cæsareique Juris Monarchæ, qui diu Bononiæ floruit, in utraque Palæstra, inde Pisas evocatus, deserti jampridem Gymnasii Instaurator, fato concessit. Magdalena Landa Viri B. M. Ossa referens, ære proprio, hoc Monumentum faciendum curavit.

§. XIII.

Gallettorum Nobilissima Progenies cum Pisis, tum Panormi, tum Romæ clara (*c*), lautissimam scribendi supellectilem suppeditaret, nisi hæc nostræ Historiolæ pars, litteraria potissimum prosequeretur; & angustissimis unius, nec integri, medii seculi angustiis concluderetur.

Hac igitur ætate, sacrorum Canonum peritia præditus, ad erudiendum in iisdem Academicum Cœtum anno 1516. more Florentino *Joannes Baptista de Gallettis Lancellotti*

(*a*) *Lib.* 2. *de Claris &c. c.*144. (*b*) *Vid. ap. Valentin. Forster. Lib.* 3. *Histor. Jur. Civil. cap.* 41. *n.* 3. *prælaud. Ghilin. & Pancirol. præallegat. loc.* (*c*) *Memorabil. Aurel. Griphon. apud eruditiss. Jo. Lamium in Histor. Sicul. Laurent. Boninccontr. P. I. pag.* 251. *Equ. Franc. Paule in Mnss. Monum. Pisanar. Familiar.*

cellotti Pisano Urbis Prioratu anno 1467. functi Filius, promotus apparet, constituto eidem, utpote de hoc gradu ad majores, non de emolumento, sollicito Florenor. tantum vigintiquinque Honorario (*a*).

Collegio quoque Canonicorum Primatialis Ecclesiæ merito fuit adscriptus, & Archipresbyteratu insignitus: quos postea *Paulo Bindo de Gallettis* renunciavit (*b*). Idem, non tam ob generis claritatem, quam ob personales qualitates, dignus & idoneus quam maxime habitus est, ut pro impetrandis Moratoriis a solutione Decimarum, ad *Leonem X. Mediceum*, sub finem clementissimi ejus Regiminis, Legatione fungeretur (*c*): ubi successorum Pontificum gratiam iniit, & ea munia amplissima sibi promeruit, de quibus inferius in subjecta Epigraphe ei filiali affectione apposita in Ecclesia *Sanctæ Mariæ ad Minervam Patrum Prædicatorum*, a Fabritio Galletto, quæ ita sese habet:

D. O. M.

Joanni Bapt. Galletto Patritio Pisano Viro integerrimo Ingenio, & prudentia insigni. Clementi VII. & Paulo III. Pontificibus Maximis ob egregiam in magnis rebus operam navatam in primis charo. Fisci Apostolici aliquandiu septemviro, ac deinde Præsidi. Demum Julii III. primo Œconomo, qui annum agens LXIV. VI. Id. Julii MDLIV. felicis. migravit.

Ævo

(*a*) *In Rotul. d. an. in Tabular. Florentinar. Reformat.* (*b*) *Lib. II. Collation. & Institut. in Archiv. Capitular. DD. Canonicor. Eccles. Pisan.* (*c*) *Tom. IX. Tabular. Pisan. Communit. pag.* 207.

Ævo fere suppar, probitate, ac scientia non inferior *Julius Jacobi* ex eodem stipite, sed ex eo latere, quod in Siciliam translatum, ibi floruit, ac floret, a *Julio III.* Summo Pontifice *Episcopatu Alexano* in Regno donatus fuit; cumque in ea tempora sospes incidisset, quibus Tridentinum Concilium fuit feliciter absolutum, in verendo illo congressu meruit assidere (*a*). Obiit Romæ anno 1564. tumulatus in eodem Templo S. Mariæ ad Minervam cum sequenti Inscriptione.

Julius Gallettus Pisanus, Episcop. Alexanensis ætat. suæ 69. moritur die 29. Julii 1564. Nicolaus Frater Fratri Opt. ac benemerenti fecit (*b*).

§. XIV.

Petruccii tres, iisdem ferme temporibus, Pisanas exedras ornabant, quorum duo Senenses; Florentinus alter.

Prior fuit *Camillus* Hieronymi Filius, qui, expletis in Patria Legum Tyrociniis, nec mediocri sibi quoque laude in Latina Poesi comparata: adeout apud *Isidorum Ugurgerium*, Poeticum hoc Elogium de eo legatur:

Huic vero Musæ decus omne dedere Latinæ;
Huic lac Pegasides, Cytharam crinitus Apollo, &c.

Academiam nostram eruditionis suæ compotem fecit anno 1516. Juris Civilis Professor designatus (*c*); eaque, inter ceteros spectabiliores Alumnos, prædivitem reddidit

[*a*] *Catalog. Episcopor. in fin. Edit. d. Concil.* [*b*] *Ex Ferdinand. Abb. Ughell. Ital. Sacr. Tom. IX. inter Alexan. Episcop. pag. 92.* [*c*] *Ser. Professor. ann.* 1516. *&* 1519. *in præcit. Tabular. Reformat.*

didit *Æmilium Ferrettum* obiter supra commemoratum.

Idem opportunitati inserviens, etiam Juris Pontificii Pomeridianas Sedes occupavit: in quo pariter, cum non mediocriter excelleret, Pisanum Archiepiscopum ejus temporis, ita æquum æstimatorem, fautoremque habuit, ut ei vices suas aliquoties demandaverit (*a*). Per breve autem temporis intervallum, Academica hac luce; & quod magis dolendum, vitæ usura fruitus est hic noster, quem *dotibus omnibus cumulatissimum, atque absolutissimum*, in Elogio d. *Ferretti*, nuncupat *Elenus Ribitius*: constat enim ex patriis Monumentis, juvenem adhuc vigintinovem circiter annorum, e vita migrasse anno plus minus 1520. & senis in *S. Dominici Æde* tumulatum.

Plorat ingentem hanc jacturam *Celsus Bargaglius* in IV. ex suis Orationibus (*b*), ubi postquam de *Friderico Petruccio*, *Baldi* Præceptore, honorificam mentionem habuit, hæc de *Camillo nostro* subdit: „ Hunc „ *Camillus* Hieronymi Petruccii Filius Do„ ctrina, & eruditione forsitan antecessis„ set, nisi monstrassent eum Terris tantum „ Fata, quippe cum in juvenili Flore, „ seniles fructus ederet, & ad Pisanum „ Clarissimum Gymnasium magno cum sti„ pendio esset vocatus, nondum legendi „ provinciam ingressus, corpore mortem obiit,

[*a*] *Isidor. Ugurger. Pomp. Senens. P. I. tit.* XVI. *num.* 110. *& tit.* XVIII. *num.* 40. *ubi ex Feretr. in sen. veter. prælaud. Carmin. refert.* [*b*] *Habentur impress. cum ipsius Tractat.* De Dolo *&c.*

„ obiit, nominis celebritate semper vitam
„ acturus &c.

Alter ex *Senensibus*, quem certe non omittendum, omisit *Ugurgerius*; & si verum fateri liceat, nimis effuse ibidem laudat idem *Bargaglius*, *Raynaldus* extitit; quem tanquam Pisanum Professorem, Scholastica Acta, sub anno 1526. nobis exhibent (*a*). Exhibet eumdem ipsum nobis *Jo. Bapt. Cantalmajus*, sub anno 1535. tanquam *Romanæ Rotæ Auditorem*; & ex *Gomes*, & *Moked. Foroliviensem Episcopum* (*b*). In *Ughellio*, in serie Foroliviensium desideratur; adest vero in serie *Gallinopolitanorum Fridericus Frater*, Alexandri Filius, sub anno 1529. (*c*). Sed de hoc *Friderico* nihil ad nos.

Petruccium alterum, sed nomine tenus, *Petruccium de Manfredonia* ad Ordinariam Juris Civilis conductum, reperire datur; sed non Lectura potitum; quamobrem omittimus.

Superioribus autem, per quamdam cognominis Analogiam, & veluti Studiorum cognationem, accensendus *Laurentius Petruccius*, e Florentina Familia, cui postmodum *Bandulorum* cognomen accessit: quorum postremus *Petrus Maria* Eques D. Stephani (*d*), in magnifica Æde *S. Mariæ Novellæ* Florentinæ Civitatis, tumula-tus

[*a*] *Lib. Pis. Univers. ab an.* 1517. *ad* 1526. *in Archiv. dict. Universit.* [*b*] *In Syntax. Auditor. S. Rot. pag.* 17. *ex Gomes decis.* 92. *lib.* 1. *& Moked. decis.* 11. *de Concess. Præbend.* [*c*] *Ferdin. Abb. Ughell. Tom. IX. noviss. Edit. p.* 106. [*d*] *Georg. Marches. in Mus. Honor. Part. I. Ludov. Arald. in Ital. Nob.*

tus jacet, ubi, sicuti in altera *S. Crucis* ejus majores nobile Monumentum humi stratum apponendum curarunt (*a*).

Pisanam ab initio Cæsarearum Institutionum Cathedram nactus, cum annuo stipendio Floren. quinquaginta, sub anno 1518. & deinde extraordinarii gradu, majorique stipendio donatus (*b*), sibi laudem non mediocrem parabat prælaud. *Laurentius*, *Vannis Filius*, cum hinc in Patriam translatus, civilia munia cœpit obire; & signanter Prioratus dignitatem anno 1522. quam tredecim ante annos, *Vannes* Genitor obierat (*c*); & sublimiorem Vexilliferatus, *Cæsar* avus, eo prorsus anno, quo alibi memoravimus, nec sine quodam horrore meminimus, per *Pactios in Mediceos* conjuratum (*d*).

Non deerat ipsi decus longe pervetustius, *Palatini* nempe *Comitis* titulus ab Imperatore *Paleologo*, uni ex ejus majoribus nempe *Dominico* concessus, ut patet ex Diplomate, quod sibi a nobili humanissimoque Viro *Petro della Rena di M. Pace* substantiarum per intermediam matrem coherede, sibi dono datum nunc possidet eruditus Vir *Joannes di Poggio Baldovinetti* Patrit. Florent.

Avita tamen gloria minime satur *Laurentius* hic noster, una cum Fratribus *Cæsare*,

[*a*] *Stephan. Rossel. in Monum. Sepulcral. cum Addent.* [*b*] *In Rotul. dd. ann. in Archiv. Reformat.* [*c*] *Arbor. Gentilit. ap. Hered. & J. U. D. Dominic. Bargiacchium &c.* [*d*] *Philipp. Nerl. Lib. 3. ad an. 1478. Angel. Politian. aliique script. de quibus obiter in Opusc. V. cui titul.* Collectio præcipuor. Monumentor.

fare, & *Octaviano* (*a*), propriæ virtuti potissimum fidit; quamobrem e Florentia Romam profectus, sub *Clemente VII.* Pont. O. M. ipsius cubiculo præfici Clericum, sibi promeruit; & nisi *Cantalmajo* fides denegetur, præfuit etiam Auditor (*b*). Hoc est, instar *Senensium Petrucciorum*, non tam aliena, quam propria luce præfulgere!

§. XV.

Seniorem *Dominicum*, Jurisperitissimum Virum, qui penes Historicos, *Doctor veritatis* audit (*c*), Patrem sortitus, & vivum ejus exemplum ob oculos habens *Antonius Bonsius* (*d*), iisdem vestigiis sibi inhærendum censuit; suamque Juris Civilis scientiam Pisanæ Universitati probandam supposuit, Lecturam Institutionum consequutus anno 1516. (*e*); probatamque iterum in Patriam retulit Advocatus eximius (*f*); cumque nondum Laicalem conditionem exuisset, summa peritia, & integritate, inter Patriæ Octoviros consedit (*g*).

Ecclesiasticæ Vitæ mancipatus Romam adpetiit, ubi ob Generis Claritatem, candorem animi, rarissimamque in Hominibus, præsertim Aulicis, ingenuitatem, *Clementi VII.* in dies acceptior factus, eo S. P. in gravissimis negotiis usus est; & maxime

[*a*] *Monum. Domestic. penes præd.* [*b*] *Cantalm. in d. Syntax. n.* 280. *pag.* 26. [*c*] *Ab. Gamurrin. Dom. I. pag.* 485. & 490. *Georg. Marchef. Part I. Mus.* [*d*] *Ferd. Ughell. Ital. Sacr. inter Terracin. Episcop. num.* 52. [*e*] *Rotul. Reformat. Florent. sub d. ann.* 1516. &c. [*f*] *Jos. Rustic. in Florent. Nomenclat. Lib.* 1. *cap.* 13. *ad L. Cum Avus* &c. [*g*] *Scip. Ammirat. Part. II. Histor. Lib.* 30.

me pro conciliandа sibi suisque Florentinorum benevolentia (*a*). Interea *Tarracinensis Episcopus* sublectus anno 1528. (*b*), ex Pontificia Delegatione, Gallicum iter suscepit, ut *Aurelianensi Duci Catharinam Mediceam* Matrimonio jungeret; quod ei faustissime contigit (*c*). Vix tamen ab his expeditus, præmium laborum suorum certo consecuturus, Massiliæ, velut alii malunt, Romæ anno 1533. postremum vitæ suæ diem absolvit (*d*).

Ad quas ille sublimiores dignitates, invida morte præpeditus non ascendit, alios ex *Bonsia Progenie* pervenisse, nihil magis apud Romanarum Florentinarumque rerum conditores testatum est. Virtute duce ad Senatoriam dignitatem conscendit, immo & ad Stephaniani Ordinis Præfecturam, *Dominicus Junior*, *Petri Victorii* Gener meritissimus (*e*); alii ad alias in utraque Gerarchia sublimiores, nec ipso Cardinalatu excepto. Unum ego seligo Monumentum, quod Florentiæ in Templo *S. Michaelis Archangeli*, vulgo *Theatinorum*, observare datur, ac tale est (*f*).

D. O. M.

Joanni Baptistæ Bonsio Thomæ Episcopi ex Fratre Nepoti Dominici, & Constantiæ D *Vi-*

[*a*] *Præcit. Auctor. ibid.* [*b*] *Id. Abb. Ughell. dict. loc.* [*c*] *Francisc. Guicciardin. in Histor. Italic. Lib. XX. Paul. Jov. Hist. Lib. XXXI.* [*d*] *Præalleg. Gamurrin. & Ughell. dd. ll.* [*e*] *Petr. Victor. variar. lection. lib. 37. cap. 1. in fin.* [*f*] *Relat. ab Ignatio Ursulin. Part. II. Inclyt. Nation. Florent. Famil. suprem. Rom. Pontific. ac sacr. dignit. Cardinalat. illustrat. &c.*

Victoriæ Fœminæ nobilissimæ Filio: Senatoria Dignitate præclaro, Juris Utriusque Consulto celeberrimo, Francisco, & Ferdinando Magnis Hetruriæ Ducibus apprime charo, qui post sedatas inter Clementem Papam VIII. & Ferdinandum Ducem Limitum Controversias Biterras appulsus, Episcopali Infula ornatus, Diœcesim suam optimis in Visitatione Sanctionibus imbuit, & instruxit. Pias in Urbem Virorum, ac Mulierum Domos admisit; Quæque in Hæresum, Bellorumque Civilium tenebris diu jacuerant, singulari ejus ope emerserunt. Mox ab Henrico Magno Rege IV. ob Matrimonium cum Maria Medices ineundum, in Italiam missus, Magnus ejusdem Mariæ Reginæ Eleemosynarius, mirum sibi amorem in Regia Curia conciliavit. Tandem Rege petente, a Paulo Papa V. Purpura illustratus, Romæ pluribus pro Sede Apostolica, & Regno Galliæ Negociis summa cum laude peractis, eximia candoris, prudentiæ, pietatis, & integritatis exempla reliquit: Obiit Romæ Die 4. Julii Anno M.DC.XXI. Ætatis suæ LXVII.

§. XVI.

Bartholomæus de Gualterottis, Francisci filius (*a*), alterius Bartholomæi nepos; quorum primum, tanquam Illustrem *Pisanum Professorem;* quorum alterum anno 1492. vita defunctum, obiter, & solum cohærenter ad fratrem, in nona Academicarum rerum serie commemoravimus (*b*), Paternis vestigiis inhærens, Patre jam septennio ante e vivis erepto, eamdem Imperialium Institutionum Cathedram, cum Florenis dumtaxat triginta, moderandam susce-

[*a*] *Jul. Negr. in Op.* de *Scriptorib. Florent.* [*b*] *Sub* §. *X. pag.* 43. *& seq.*

fuscepit anno 1516. quo eodem tempore, & Litibus patrocinandis utilem Operam navabat (*a*).

Ut autem non erat tantum Literariis Negotiis; verum & politicis natus; & Antimediceorum partes tutabatur, eo postmodum Florentina Respublica usa est, quamvis inutiliter, ad arduum Nuncii munus obeundum apud Venetos, & Ferrarienses, ad habendum, desperatis illis in rebus, initarum Conventionum implementum (*b*). Vicennio autem post, nova ipsius Conductio; sed pro Studio Florentino, quæ tunc temporis unica Florentinorum cura erat, reperitur ad Ordinariam Juris Civilis, cum stipendio Florenorum centum, atque ita concepta Provisio fuit: *Attento, quod multi licet ingenio valeant* &c. *Externa Gymnasia adire nequeunt, conduxerunt Bartholomæum Francisci de Gualterottis ad legendam Ordinariam Juris Civilis de mane* &c. *pro termino duorum annorum*. Die 24. Octobris 1537. (*c*).

Alii, ex hac conspicua Familia, *Mediceis* addicti, iisdem prævalentibus, & Gubernio potitis pro eorum conditione, participes Fortunarum, atque Honorum redditi sunt; inter quos *Antonius* Petri filius anno 1532. in prima Senatorum Promotione, Florentinus Senator renunciatus (*d*). Progressu temporis defecit in Patria stirps hæc nobilissima; quæ, in linea etiam Li-

 tera-

[*a*] *Rotul. dict. ann.* 1516. *Jos. Rustic. loc. præallegat.* [*b*] *Jacob. Nard. Histor. Civit. Florent. lib.* 8. *sub an.* 1527. [*c*] *Ex lib. III. Archiv. Domin. Consiliar. pag.* 160. [*d*] *Ferd. Leopold. Melior. & Jos. Mann. in Ser. Senator Florent.*

teratorum, præter *Franciscum Mariam* alibi laudatum, Editione plurium Elucubrationum percelebrem; *Raphaelem* quoque eximium Astronomum, nec mediocrem Poetam potuit ostentare (*a*); & nunc superstes tantum in inclyta *Bardorum* consorti Familia vivit, & ad immortalem nominis gloriam progreditur auspicatissime.

§. XVII.

Non semel e Senensi Urbe, Bonarum Artium Altrice, Florentini Proceres Pisani Gymnasii Præsides Clarissimos Professores eduxere. Exempla passim occurrunt in ante habitis recensionibus; & in hac ipsamet serie quamprimum occurret *Marianus Soccinius Junior*. Qui nunc, inter Illustres Philosophos ac Medicos, juxta propositum nobis ordinem, obviam fit *Nicolaus Cerretanius* est: nomen, & cognomen, etiam in Beatorum Senensium Catalogo relatum (*b*); atque ex eadem facile agnatione, cujus insignem Jurisperitum perfunctorie, in nono ex nostris Opusculis commemoravimus, ubi nobis ex professo, de *Joanne Cerretanio* Patritio Florentino, ac Professore nostro sermo erat (*c*).

Quo

[*a*] *Jacob. Gadd. de Scriptorib. non Ecclesiastic. Tom. I. pag.* 261. *Jul. Negr. loc. præcit. Jo. Cinell. in Biblioth. Vol. Plut.* 4. *&* 18. *nuper in ampliorem formam per* Vir. Clariss. Angel. Calogierà *redact. notisque illustrat. & per Jo. Bapt. Albriz. Venet. typis IV. Tom. in* 4. *Edit.* [*b*] *Fast. Senens. Edit. an.* 1669. *pag.* 227. *Auct. Supplement. Monument. Senens. qui sub. nom. Franc. Masetti circumfertur pag.* 33. [*c*] §. *XVII. pag.* 64. *& seq.*

Quo potissimum anno ordinariam Philosophiæ Cathedram solus implebat *Franciscus Verinius Senior*, alibi concelebratus, nimirum anno 1516. eidem extraordinem edocendæ *Nicolao* munus cum annuo honorario primum Florenorum 50. deinde 70. demandatum (*a*).

Hos in Professorio hoc munere, præcesserat *Mag. Gratia Arretinus*, juxta nonnullos, *de Marinellis*, ex inferiori Logices Cathedra, ad primam quidem, cum duplo stipendio promotus, & cum spe proximæ promotionis ad Philosophiam; quod cum minime ex voto, & ex fide contigerit, occasionem hinc cœpit honestam missionem impetrandi, & alio abeundi (*b*).

De quodam *Gratia Arretino*, inter homines Doctrina claros mentionem habet *Attilius Alessius*, apud celebrem *Jo. Lamium in Catalogo Riccardianæ Mss. Bibliothecæ* Publici Juris redditus; at ex integro Alessii contextu, is alterius Professionis, & longe remotioris ætatis apparet (*c*).

§. XVIII.

Ex clara vetustaque conspicui Oppidi *S. Geminiani*, *Gamuccia Familia* (*d*), ortum duxerat Ser Bartholomæus, quem postea, ut melius œconomicæ rei suæ, suæque Familiæ educationi prospiceret, Florentiæ sedem ac lares posuisse, & sub anno 1511. in Parœcia *S. Simonis*, inhabitasse, in comperto est; & ibi sepulcrum sibi parasse, ex d. Familia, *Julium Medicum Florentinum*,

[*a*] *Rotul. d. an.* 1516. *& seq.* [*b*] *Monum. Scholastic. ann.* 1518. [*c*] *Ex Cod. Chartac. in* 4. *num.* 4. *R. J. relat. in d. Catalog. pag.* 17. [*d*] *Prosper. Mandos. de Archiatr. ubi de Andrea, & Joanne Medic.*

Placid. Puccinell. memoriæ mandavit (*a*). Quatenus Alumni, ad nos plures ex hac progenie pertinerent, qui Pisanas Scholas cum laude frequentarunt; sed nondum ea tempora attigimus, quibus ex munificentia *Dominici Mainardi*, Illustris eorum Conterranei factum fuerat, ut ex ipsius hereditariis Proventibus, *Gamuccii*, aliique ex honestioribus Familiis, sparsim ab initio ali solitis, sub certo quodam tecto, studiis imbuendi alerentur, quod nunc *Ferdinandum Collegium* appellatur (*b*).

Ad nos in præsentiarum, ordine conductionum servato, spectat *Bernardus* prælaudati S. Bartholomæi Filius, qui hac lucis usura compos redditus anno 1494. (*c*), Liberalibus Disciplinis excultus, scientia magis, quam ætate adultus; idoneus est repertus, qui in hoc nostro Lyceo, Logicam, extraordinario loco, docendam aggrederetur, cum annua mercede Florenorum viginti (*d*).

In ejus Dialecticæ Artis explicatione, Collegam ei datum novimus, eodem anno, & cum eodem stipendio, *Matthiam Pasquinium* Florentinum, cui certe nec ingenii, nec industriæ laude concedebat; & anteriorum *Mag. Laurentii Junctini*, *Mag. Jo. Francisci Octaviani*, & *Mag. Bernardi Leonardi de Arrighis* Pistoriensium, e superiori Cathedra, nempe ordinaria, materiam ipsam enucleantium, conspicua vestigia

[*a*] *In Histor. Abb. Florent. ubi de prædict. Eccles. Florent. S. Simon. a 36.* [*b*] *Fundat. d. Colleg. ex Archiv. Universit.* [*c*] *Approbat. ætat. in Tabul. Geminian.* [*d*] *Rotul. in Archiv. Reformat. ab an.* 1514. *ad* 1521. *sub* 1516.

gia sequebatur (*a*). Sed quid? ut apud Plinium, memoriæ proditum est, quod juxta Pontum, quædam animalia mane nascuntur, meridie vigent, vespere occidunt (*b*), ita præclare expectationis Juvenis, initio Literarii anni, in laudem Dialecticæ præfatus; publicas Prælectiones prosequutus est, & absolvit; sed eodem anno, præpropere interiit (*c*)! Successoremque insequenti anno, habuit *Mag. Jacobum Jo. Philippi* pariter *de Pistorio*: quem pariter verisimile est, utpote, sub initium renascentis quodammodo hujus Pis. Gymnasii adlectum, non mediocri doctrina ingenioque polluisse.

§. XIX.

Ob maximam, quæ cum rebus Theologicis cognationem habet Metaphysices, opportunum maxime creditum est, ut Mag. *Johannes Siculus*, ex insigni Ordine Minorum *Divi Francisci*, qui dudum in hac Universitate, in hisce materiis, cum laude versatus fuerat, deficiente Mag. *Jacobo de Montefalco*, de quo superius actum; in hoc Theologiæ, & Metaphysicæ Magisterio, pro futuro mense Novembrio 1517. sufficeretur. Decretum hoc executioni mandatum; sed minime aucto stipendio Floreno-

D 4

[*a*] *Lib. Conduction. in præcitat. Codic.* [*b*] *Hist. natur. Lib. XI. cap. 35.* [*c*] *Notul. in Collectaneis Dom. Provis. Hieronym. de Summaria, cujus modo industriam, nedum vetustiora adnotando, sed utiliora promovendo, abusus extirpando, meritis justa præmia decernendo, feliciter æmulatur Præsul amplis.* Gaspar Ceratus, *ex Comitibus Parmensibus, Generalis Athenæi nostri Curator.*

renorum 40. quo jampridem in prima Philosophica Cathedra potiebatur (*a*). Hunc conjicimus fuisse *Johannem de Rubeis Siculum*; quem, paulo ante, nempe sub Anno 1513. Theologiam Bononiæ professum, memoriæ prodidit *Jo. Pasqual. Alidosius* (*b*).

Memorandum unum, hujus nominis, ac nationis, recenset *Lucas Wadingus*, sed non hujus ætatis. Alios *Johannes Siculos* enumerat, tanquam eximios Scriptores *Antoninus Mongitor*; & unum quidem *de Rubeis* (*c*); sed neque ejusdem Religiosi Cætus, nec materiæ multoque minus Academiæ: quamobrem hunc nostrum, sicuti plerosque alios, & probe docuisse, & privatim posteris scripta optima amandasse, opinandum est; sed publicam præli lucem illam exhorruisse, quam *malignam* eleganter non minus, quam vere nuncupat in Orat. Panegir. *Antonii Magliabechi*, Clarifs. Abbas *Antonius Maria Salvinius*.

§. XX.

Hispanienses plures, ferme per eadem tempora, Pisanæ Lecturæ operam navabant, & primo quidem res Canonicas, extra ordinem, illustrabant *Hieronymus Ferrerius* Anno 1517. *Jacobus Montagnona* Anno 1518. cum Stipendio Florenorum de Studio 50. *Cosmas Fontes*, cum Florenis 30. Anno 1521. exiguo quidem Stipendio, si respectu habeatur ad Magnifici Rectoris Personam, quam summo cum incommodo dispendioque paulo antea gesserat, ut supra commemoravimus.

Jo-

[*a*] *Sched. Scholastic. præd. Anni, & anteced.* [*b*] *De' Dottori Forest. pag.* 41.
[*c*] *Biblioth. Sicul. pag.* 313. 14. 36.

Johannes Montes Docca, Magni Nominis Philosophus, atque Theologus.(*a*), qui cum Bononiæ, ubi jam pridem in Collegio Hispanorum Nobilis Alumnus, operam Literis navarat, a Dialecticæ Cathedra incipiendo, gradatim ab Anno 1499. ad reliquas Philosophiæ partes enucleandas sibi viam straviſſet usque ad Annum 1515. (*b*) pro hac nostra An. 1518. designatus, prius Patavinam Cathedram Anno 1521. illustravit (*c*); & postmodum ad nos, cum honorario octingentorum Ducatorum, perrexit; & consistendum duxit non minus quam ad Annum 1526. in quo *Promotor* apparet (*d*). Hic quoque diutius permansisset, nisi paulo post suborientium publicarum calamitatum metu, solum vertisset, & concessisset Perusium; ubi tamen post aliquot sui discessus Annos, in majus malum, & quidem cunctis inevitabile, incidit, prout fuit mors Anno 1533. sequuta (*e*), relictis suo nomine insignitis: *Lect. Pauli, cognomento Scriptoris, Ordin. Minor. de Observant. Super Primum Sententiar. Doctoris Subtil. quæ Carpi prodiit Anno 1506. jussu Alberti Pii Carpensium Principis*: cui Noster dicatam quoque voluit Lecturam *in II. Sententiarum Scoti Mag. Gratiani Cænobit. d. Ordin.* Seque Publici juris facturum recepit *Commentar. in III.* D 5 *& IV.*

(*a*) *Monum. prælaud. summar. in Archiv. Pisan. Universit.* (*b*) *Nicol. Pasqual. Alidos. De Dottor. Forast. pag. 39.* (*c*) *Jacob. Lib. 3. Commentar. Gymnas. Patav. Cap. 15. pag. 306.* (*d*) *Id. Hieronym. de Summar. in Collectan. de quib. super.* (*e*) *F. Peregrin. Orland. de scriptor. Bononiens. pag. 146.*

& IV. & quod libera: quæ an præstiterit, ignoratur (*a*).

§. XXI.

Quo renata dudum Universitas præstantium Alumnorum proventu in dies, efflorescéret, e *Soccinia* præclarissima Familia; & e Patrio *Senensi Athenæo*, ubi cum plausu profitebatur, educendum curarunt providentissimi Academiæ nostræ Præsides *Juniorem Marianum*, vulgo *Marianum Nepotem*: quod iis solum contigit Anno 1517. cum honorario Florenorum 302. Auri in Auro ex illis, quos Largos appellabant (*b*).

Qui Ipsi *Bartholomæum*, a nobis alibi commendatum, Patrem affingunt (*c*), ignorant Mehercle, aut minime reminiscuntur, quæ de semetipso scriptum reliquit *in Rubr. Digest. de legat. primo*, Ibi: *Dominus Bartholomæus Socin. Patruus, & Domin. meus subtiliter dicit &c.* Is vere *Alexandrum Senioris Mariani Filium*, Genitorem habuit, Virum integerrimum, eam œconomicæ Rei operam dantem, quam Studiis *Bartholomæus* Frater impertiebatur (*d*).

Anno 1482. communiter ejus Ortus designatur, ex *Laura Arringheria* ipsius *Alexandri* Uxore, publico bono susceptus (*e*). In

(*a*) *Luc. Wading. de scriptor. Ordin. Minor. pag.* 147. *&* 274. (*b*) *Ex Monum. d. An.* 1517. *in Archiv. Florent. Reformat.* (*c*) *Isidor. Ugurgier. Pomp. Sen. part. I. Tit.* 16. *num.* 66. *pag.* 432. *Petr. Bayl. Tom. IV. Diction. Historic. Hieronym. Gil. in Diar. &c.* (*d*) *Guid. Pancirol. in Elog.* Mariani Senior. *Lib.*3. *c.*35. (*e*) *Id Pancirol. in Elog. Junior. Lib.*2. *c.*44. *Aloys. Morer. & Petr. Bayl. in Verb.* Socin.

In Humaniores Literas, sub eximio Præceptore *Angelo Fundio*, plusquam imbecillæ ejus vires paterentur, incubuit; Jurisprudentiæ autem Studia, in Patria sub *Simone Borghesio*, *Bernardino Benevoliente*, aliisque suis præstantissimis Civibus inchoata, Bononiæ, sub *Bartholomæo* Patruo prosequuta, senis tandem sub *Antonio Venafro*, versuto quidem homine, sed docto, Annum agens circiter vigesimum primum absolvit, ubi, eodem Promotore, Doctor inauguratus, idoneus, quam qui maxime, ex reliquo Studiosorum Cætu, habitus est e publico suggestu eam edocere (*a*).

In Canonicis etiam apprime versatus, per triennium alternatim Pontificias Constitutiones exposuit, ex quo geminato munere, cum sibi non mediocrem conflasset invidiam; & acerrimo in primis Antagonista uteretur *Lancellotto Polyto*, quieti simul, & utilitati suæ consulere censuit, si ad nos, vocatus accederet, atque hic Materiam potissimum, quam innuimus *de Legatis*; *de acquirenda, vel amittenda Possessione*; *de Verbor. Obligat.* exposuit (*b*).

Expertissimum æque ac nobilem Collegam, quem *Concurrentem* dicimus, Pisis quoque nactus *Hormannoctium Detum*, quem, per aliquatenus ferendam rerum nostrarum inscitiam, *Pancirolus Hieronymum Dettum* appellat (*c*), e re duxit sua in Patriam

D 6 re-

(*a*) *Guid. Pancirol. præcit. loc.* (*b*) *Idem in fin. præd. Rubric. in L. cum Filio* 11. *ff. eod. Tit. in fin. Rubric. & L. I. ff. de acquirend. Possess. in calc. Rubr. & in L. eadem IV. §. Cato ff. de Verbor. Obligat. & ibid. in Præfat. ad Senens.* (*c*) *Pag.* 270. *noviss. Edit. Lips.*

remeare: quæ interim eo usa fuerat ad splendidum Publici legati munus obeundum, & ad Florentinam Rempublicam, & ad *Leonem X. S. P.* pro collato in Illustres Cives suos *Jo. Piccolomineum Senarum Præsulem*, & *Raphaelem Petruccium*, *Grosseti Antistitem* Purpureo Galero, grates reddituro (*a*).

Professurus autem, & quidem paulo post, cum mille Aureorum Honorario, Patavium appulit, ubi nova Æmulatio novi discessus eidem occasio fuit. Enucleabat, in prædicto celeberrimo Lyceo, Anno 1526. & seq. *potiores Leges ex Rubric. Digestor. Soluto Matrimonio* &c. *Rubr. de Novi Oper. Nunciat. Rubr.* & *L. Stipulationes*, *L. Si quis arbitratu*, *L. Naturaliter* §. *nihil*, *L. si ita ff. de Verb. Obligat. Famigerat. T. in L. Gall. ff. de Liber.* & *Postum. in L. prima*, *L. Cum Filio* §. *Divi*, & *L. Sciendum ff. de Legat. I. in L. In quartam ff. ad L.* Falcid. &c. (*b*) quum ibidem *Joannem Antonium Rubeum Alexandrinum*, parem loco, & honorario minime ferens, cœpit a Venetis honorificentiorem sedem, & lautiorem, *saltem decem aureorum*, mercedem efflagitare; alias honestam abeundi licentiam. Apud Clariss. *Jacob. Facciolat. de Gymnas. Patavin. Syntagm. III.* (*c*), de *Soccino retinendo*, serio actum legimus: verum cum ampliori huic stipendio concedendo, obstaret eorum temporum consuetudo; aut potius, ut probabilius existimandum est, cum sibi ex inverecunda ab-eundi

[*a*] *Alphons. Ciaccon. Ref. d. præd. Promot. sub Ann.* 1517. *in Vit.* & *Gest. Leon. X.*
[*b*] *In not. ad præd. LL. in Edit. Repetent.*
[*c*] *Edit. Patav. Tip. Seminar. An.* 1752.

eundi comminatione, vim quodammodo inferri, Majestatemque Academicam lædi reputarent, veniam discedendi, quamvis ægre, concessere: qua sibi data pro mille ducentum stipendii, & ducentum pro Commeatu, Bononiensibus fidem suam obstrinxit (*a*); a quorum Famulatu nunquam postea discessit.

Ibi quoque præcit. *Text. in L. Gallus ff. de liber. & Postum.* quamplures *ff. de Vulgar. & pupillar. substit. L. si quis ff. de legat. 3. L hæredes ff. ad S. C. Trebell.* cum aliis coherentibus, solemniter exposuit, ut ex ipsius operibus eruitur.

Ibi aliorum centum stipendio, immunitate, & jure civitatis pro se suisque Filiis Masculis, donatus a Bononiensibus fuit: quo nomine miror ab *Alidosio* inter suos Bononienses Professores, fuisse prætermissum. Ibi a Summo Pontif. *Julio III.* meruit, quamvis absens, specioso Advocati Consistorialis titulo decorari; & ex ipsius, & Filii, quibus nemo certior Testis, Asserto, Comitis Pontificiæ Cæsareæque Aulæ Diplomate insignitus; sed a quo obtentum fuerit, reticetur (*b*). Ibi postmodum dilectissimam Conjugem *Camillam Salvettam* (*c*) Patriciam Senensem, sibi avulsam ingemuit; & quod magis Reipublicæ Literariæ dolendum fuit, & ipse indecenti morbo correptus, Fato concessit

Anno

(*a*) *Præt. Pancir. dd. Loc. Clar. Jos. Carafa C. R. de Profess. Gymnas. Roman. Tom. II. cap. 8. pag. 514.* (*b*) *Carol. Carthar. in syllab. pag. 145. & 311. ex consil. 7. Ger. Mazzol. Cels. Socin. in Præfat. 4. Tom. Consil.* (*c*) *De Camill. Uxor. vid. Claud. Tholom. Lib. 4. Epistol. & 7.*

Anno 1556. (*a*) Funebri Oratione laudatus perhibetur a *Michaele Thomasio Taxano*; & a Germanica Natione studiosorum, ad Sacram *D. Dominici* Ædem, honorificentissime comitatus, in qua, inter utrumque Claustrum, cum brevi hac Epigraphe jacet

Mariano Socino Juniori Senensi Jurisconsulto.
Vix. An. LXXIV. Mens. IV. Dies XXV.
Obiit Ann. MDLVI. die XIX. Augusti.
Filii mæstiss. Patri Opt. PP.

Quod ad Filios autem hic commemoratos, debitum hoc Sepulcralis Monumenti Officium præstantes, *Philippum*, & *Celsum* fuisse comperimus; reliquos etenim, turbato mortalitatis ordine, sibi præreptos acerbissime indoluit: quos inter *Ascanium*, ingentis expectationis Adolescentem, ut ei a mæstissimis Parentibus posita; & a *Carolo Carthario*, aliisque relata, in Templo Patavino *D. Augustini*, quod in dicta Urbe *PP. Prædicat.* est, Inscriptio testatur; & *Alexandrum* Avi nomen referentem, & ipsum Clar. Jurisconsultum; cujus, non minus, quam Patris, ceterorumque Gentilium laudes perstringit elegans prælaudati *Claudii Tholomei* Epistola (*b*); Ei siquidem Maceratenses Vexillum posuerunt postquam, etiam in eorum Gymnasio, emeritis Patavii, ac Senis stipendiis, apud ipsos, magno cum plausu, Leges professus fuisset (*c*).

Cel-

(*a*) *Petr. Bal. loc. alleg. Paul. Freher. Tom. 2. p. 2. lect. 4. Pomp. Vizan. Histor. Bononiens. pag. 42. Andr. Scot. Itiner. Nicol. Papadop. Tom. I. Lib. 3. Sect. 2. cap. 21. Præd. Carthar. ex Panzirol. & Jos. Caraf.* (*b*) *In lib. 4. Epistol.* (*c*) *In Elog. d.* Marian. Junior, *Panzirol.*

Celsus & ipse Professor Senensis, atque Bononiensis, hanc quoque Patri filialis benevolentiæ præbuit significationem, ut separatim edita Doctissimi Parentis opera colligeret, Celsissimoque Florentiæ ac Senarum Duci *Cosmo* dicaret: qui liberalissimus Princeps in Reparatum a se Pisanum Athenæum, oblato mille quingentorum Aureorum Honorario, in cassum reducere *Marianum* sibi suasit; nec minus inutiliter, quam *Hercules* II. Ferrariæ Dux; Rex Lusitaniæ; Senatus iterum Venetus; & ipsa Patria Urbs tentaverat (*a*).

Sunt autem *Mariani Junioris* opera, quæ *Celsus* publico bono vulgavit: *Commentaria in quatuor Lecturas Vespertinas* (*b*): *Quatuor Consilior. Volum.* inter quæ celeberrimum illud, quod in Controversia inter Ferrariæ, ac Florentiæ Ducem maxime ferbuit, super qua Pisanum quoque Collegium consuluit (*c*); & aliud, ex ordine 122. ubi *Cautelam introduxit*, qua licet Patri Legitimæ Detractionem Filiis, aliqua ratione, impedire (*d*). Præter hæc *Communes Juridicas conclusiones*, enumerat prælaudat. *Joseph Caraffa*, ubi supra; ac de *singulari Certamine*, quod vulgo nuncupant *il Duello*, accuratissime scripsit: quæ *Soccinii* scriptio com *Alciati Tractatu*, Ita-

(*a*) *Id. Ibid. pag.* 271. *d. Recent. Edit.* (*b*) *Edit. Venet. An.* 1569. *&* *Recus. Ann.* 1603. *impens. Societ. Lib. legal. August. Fontan. in Biblioth. & Jo. B. Zilett. in Catal. & novis. Burcard. Struv. in Biblioth. Jur. cum Addit. Christian. Buder. cap.* 8. *pag.* 328. 342. *&c.* (*c*) *In Volum. III. Consil.* 146. *Edit. apud Guer. An.* 1571. (*d*) *De eo Rot. Roman. Recentior. P. XIII. decis.* 412. *num.* 20.

Italice reddito, circumfertur; & ab Eruditissimo *Fontaninio* commemoratur (*a*).

Passim prædictorum operum, & insignis Auctoris honorifica mentio fit, nedum grati animi causa, apud Illustres Alumnos, qui ex ipsius Schola prodiere, *d. Guid. Pancirol. Anton. Augustin. Marcellum Biringuccium*, *Uldaricum Zasium*, *Jo. Corasium*, *Michaelem Tomasium*, de quo superius, *Franciscum Marzarium*, *Trajanum Delfinium*, *Jacobum Philipp. Portium*, *Jo. Mariam a Monte*, postea *Julium Tertium Pontif. Max.* Sed & apud sexcentos alios, quos late recensent commemorati superius Auctores. Atque hic opportune prætereundum minime arbitror, e pluribus, unum saltem Epigramma, quod in *Soccini nostri* laudem conscripsit *Hieronym. Lazar. Lylibita Siculus*, & in *VI. Repetent. Civil. Tom.* habetur (*b*)

Ingenii vires quisquis peracuta Catonis,
Ac Pauli responsa cupit perpendere recte,
Hæc legat, insignis quæ jam Socinus ad unguem
Scripsit, Avi nomen referens, Marianus in orbe:
Cujus fama micat, viremque acquirit eundo,
Nec mirum patrui raptim vestigia calcat:
Subtilis siquidem, seclis mirandaque nostris
Subtilitas, is ipsa fuit: Sic nomine ab uno,
Disce omnes, similes hæc fructus germinat arbos,
Quam natale solum Senense reponit ad astra.
Vos

(*a*) *Dell' Eloquenz. Italian. pag.* 171. & 337. *dell' impression. Luc.* (*d*) *Edit. Lugdunens. An.* 1533.

Vos igitur studii memores, his mente tenaci,
Ac vigili cura, scriptis intendite nervos.

Optassem, prout in Operibus ac prælaudatis Filiis, in reliqua Sobole fortunatiorem: quod si ita, ex communi voto, atque ex ejus promeritis evenissent, non comploraremus simulque execraremur *Lælium*, ac *Faustum*, ingeniosos quidem Homines, sed nefarios, qui *Socciniana Hæresi*, ac Sectæ nomen dederunt, adhuc Catholicæ Ecclesiæ Formidandum (*a*).

§. XXII.

Augusta Perusinorum, quæ, retroactis temporibus, quamplures Clarissimos Viros Academiæ nostræ suppeditavit, per breve saltem temporis intervallum, & cum lauto Floren. 750. Aureorum honorario cupidæ Legum Juventuti; pro ipsa satagentibus Studii Moderatoribus, *Vincentium Herculanium*, *Fregium* vulgo dictum, opportune precario dedit. In Libro Scholasticarum Conductionum Anni 1517. inter Professores Ordinarios & ipse recensetur (*b*).

Patriæ suæ Legationibus perfunctus, sibi ad Advocati Consistorialis Munus gradum fecit, (*c*) sub qua honorificentissima Appellatione, diversa, quæ in Jure elucubravit Opera, circumferuntur; aliaque, quæ Patriæ Statuta restituendo interpretandoque,

(*a*) *Petr. Bæl. Tom. IV. ex Biblioth. Antitrinit. Natal. Alex. Sec. XVI. cap. 2. Spondan. in Annal. atque ex iis certe Antesignan. Marc. Battaglin. in Concil. Petricoviens. An.* 1607. *&c.* (*b*) *Pag.* 68. *in Volum. Reform. Florent. Sub An.* 1517. *& seqq.* (*c*) *Joseph. Caraffa de Gymnas. Roman. Tom.* 2. *de Advocat. Consistorial. cap.* 8. *pag.* 507.

que, in Perusinis Bibliothecis asservantur. (*a*) Typis edita sunt *Commentaria in Infortiat.* ac *Digest. Nov.* Ei quoque tribuuntur *Tractat. de Negativ. proband. de Appellationibus*, & *Attentatis*. (*b*) *De Caut. de non offendendo:* (licet hæ postremæ Elucubrationes *Francisco de Herculanis*; non huic nostro, ab *Augustino Fontana*, & *Carolo Chartario* acceptæ referantur) (*c*). Inter Mss. facile reperietur Consultatio, quam exaravit in celebri Controversia, quæ per plures annos ferbuit (& utinam non ferbuisset!) Super prætenso Divortio *Henrici VIII.* Angliæ Regis, & Catharinæ Uxoris, in qua & ipse *Herculanius* Votum suum emittere coactus, & a Pontifice, tunc temporis in Urbe Veteri degente, & a Regiis Ministris, officiosissima hac Epistola, quam, præ ceteris, erudito *Chrispolto* debemus (*d*).

A tergo. *Mag. ac eximio J. V. Doctori D. Vincentio de Erculanis uti Fratri hon.*

Intus vero. *Mag. & excellens D. Frat. hon.*

„ Havendo la Santità di N. S. & il Concistoro deliberato, che le Materie escusatorie concernenti alla Causa, che verte qui trà 'l Serenissimo Rè nostro, e la Regina, si habbiano a trattare, e risolvere per Disputationi publiche, le quali si hanno a fare in Concistori publici con la parte avversa, & havendo Sua Santità, & il Concistoro permesso, che noi hab-

(*a*) D. *Chrispolt. Lib.* 3. *pag.* 351. (*b*) *Cæs. Alex. in Elog. Perusin.* (*c*) *In Bibliot. Legal. part.* I. *pag.* 487. *Chartar. d. l.* (*d*) *Perus. August. lib.* 3. *cap.* 2. *pag.* 351.

„ habbiamo quei valentissimi, e peritissimi
„ huomini d'Italia, che a noi parrà di
„ chiamare per la parte della Maestà del
„ Rè nostro, ne è parso, considerata l'esi-
„ mia, e singolar dottrina, la grande aut-
„ torità, & eccellenza vostra, far princi-
„ palmente elettione di V. S. a questo ef-
„ fetto, non solo come quelli, che procu-
„ rano il Servitio del Serenissimo nostro,
„ ma anco come molto desiderosi dell'ho-
„ nore, & utile di quella; perchè serven-
„ do ad un tanto Rè, & in una tanta
„ causa, può aspettarne gran premio; ol-
„ tra che noi non mancaremo del debito
„ nostro, e secondo che meritano l'esimie
„ virtù di quella, alla quale non faremo
„ hora lettera più longa, riportandoci del
„ tutto all'Exhibitore presente, il quale
„ le mandiamo a posta, come Persona a
„ noi carissima, e come quello, che è be-
„ ne, & a pieno informato dell'animo,
„ e desiderio nostro, e d'ogni cosa perti-
„ nente a questo affare. Per tanto V. S.
„ sarà contenta dare a lui la medesima
„ fede, e credenza, che darebbe a noi
„ stessi, & a lei molto ci raccomandiamo.
„ In Roma alli 16. di Decembre 1531.

„ Excellentiæ Vestræ
„ Uti Frater Nic. Episcopus Vurgarnier
„ Serenifs. Regis Angliæ Orator.
„ Uti Frater Fr. Brig. Galaly
„ Serenifs. Regis Angliæ Orator.

Aliquanto superstes tristem Ecclesiæ Anglicanæ jacturam, turbulentissimique ejus Regni revolutiones, ægro animo tulit; & forsan adeo flevit, ut visu oculorum orbatus, non potuerit amplius Scriptioni incumbere. Non destitit tamen publicis Præ-

le-

lectionibus habendis Operam dare, usque ad annum 1539. quo relicto Filio maximæ spei, & expectationis *Jo. Baptista*, interiit, & in Patria Ecclesia *D. Dominici* tumulatus fuit (*a*): æmulatus in eo *Appii Cæci* sedulitatem, qui quamvis luminibus captus, Publicis Consiliis interfuit, & in Senatu, de Pyrri captivis non recipiendis, gravissimam dixit sententiam, ut etiam in corpore Juris habetur (*b*).

§. XXIII.

Frequens in Florentina Patritia Gente *de Rodulphis*, quæ triplex olim fuit (*c*), *Laurentii* nomen est; & fere semper, intermedia hac ætate, summa cum laude memorandum. Laurentius, Antonii quater Vexilliferi Filius, cujus extat, in ejus imagine per *Thomam Johannis de Sancto Johanne*, vulgo *Masaccio*, ad vivum expressa, nobile Monumentum in Florentina Ecclesia Patrum Carmelitarum (*d*), anno 1404. in Florentino Lyceo publice profitebatur (*e*), & non multo post eadem tempora, adversus *Philippum Mariam Vicecomitem* Mediolanensium Ducem, Italiæ oppressioni hiniantem, salutare fœdus cum Venetis pepigit, & ingenti eloquii vi ferme ab iis extorsit: cujus Orationis frustulum,

[*a*] *Iid. ibid. ex Restaur. Castald. In Tract. de Imperat. qu.* 51. [*b*] *Vid. Text. Ulpian. in L. I. §. Quamvis ff. de Postulando*. [*c*] *Hugol. Verin. de Illustrat. Urb. Florent. lib.* 3. *pag.* 60. & 84. *Salvin. in Fast. Consular. pag.* 62. & *seqq.* [*d*] *Guid. Pancir. lib.* 3. *cap.* 30. *De præd. Masac. ex Vasar. Peregr. Orland. in Abbeced.* [*e*] *Ex Repeten. Tom.* 7. & 9. &c.

lum, ex *Jacobo Gaddio*, licet hic exhibere (*a*).

„ O Veneti, a nobis non adjuti Januenses, Philippum constituerunt Dominum; nos a vobis nullum subsidium in nostris necessitatibus obtinentes, eum Regem faciemus; Vos autem, cum soli superstites eritis, nobis victis, nullusque vel volens opem ferre poterit, Imperatorem facietis, &c.

Idem, & *Martino V.* Summo Pontifici obviam ivit, cum nostram Urbem appeteret, atque etiam ipsum, licet infesto animo discedentem, honorificentissime comitatus est (*b*); & quod ad rem Litterariam spectat, usque ad annum 1450. quem circiter vivendo attigit, in Legale Commercium non vulgaria hæc Opera protulit: *Defensorium Montis Pietatis*, seu *De Cambiis*, *&* *Usuris: Practic. & Theoric. eorum, quæ in Jure frequenter contingunt: Repetit. solem. in Can. Monachi XVI. Quæst. I. & in Can. sine* 19. *II. Quæst. II. Divers. Consultat.* (*c*).

Laurentius alter, quem Equitem ac Doctorem nuncupat Ammiratus (*d*), Petri Comi-

[*a*] *In Elogiograph. Elog.* 12. *ubi de Bartholom. Valor. & d. Laurentio pag.* 68. *& seqq.* [*b*] *Id. Ammirat. lib.* 18. *Histor. ad an.* 1419. *Id. Gadd. d. loc.* [*c*] *Fr. Dominic. Brancaccin. de Jure Doctor. lib.* 3. *c.* 10. *D. Jacob. de Comitib. in addit. ad Decis. Florent. Tom.* 2. *tit.* 2. *de Clar. Judicib. Civit. Florent. pag.* 17. *Franc. Pep. in addit. ad cons.* 150. *Tom I. Consil. Soccin. Jo. Albert. Fabric. Bibliot. Med. ætat. Tom. VI. Konig. Font. &c.* [*d*] *Part.* 2. *ad annum* 1528.

Comitis Filius, cum *Familia Medicea* de Literis ac præsertim de Universitate nostra, benemerentissima, sanguine, animoque conjunctissimus, gloriosam illam ærumnam subiit, ut anno 1527. pro *Clemente VII.* obses Hispanis Romanæ Urbis depopulatoribus datus fuerit (*a*). Ad hunc plane, qui & *Sancti Miniatis* Vicarius, & Apostolicus a Secretis, & postea Florentinus Senator extitit (*b*), pertinuisse videtur marmoreum Monumentum, quod in pervetusta *Vallumbrosanorum* sub Titulo *S. Pancratii*, Ecclesia in contiguo Sacello Aræ majori a cornu Evangelii conspicitur, ac tale est:

In hoc Sepulchrum, quod sibi liberis posterisque suis Laurentius Rodulphus Petri F. faciundum curavit, primum inlata est Maria Stroxia, ipsius Uxor, Femina lectissima, & multis, magnisque animi dotibus commendata, cunctisque fortunæ bonis instructa: de cujus veris laudibus, cum illæ ita notæ pervulgatæque sint, ut numquam e fideli hominum memoria deleri posse videantur, nihil necesse est amplius addere. Vix. Ann. XLVIIII. Men. II. D. XXV. Ob. III. K. Nov. M.DLXIII.

Huic, ætate fere suppar, floruit *alter Laurentius*, *Bernardi*, & *Albieræ Gismundi della Stufa* Filius, qui Literariæ vitæ se, ab ineunte juventute mancipavit: & hunc conjicere juvat esse *Laurentium* illum, qui inter Gymnasii nostri Reparationem, de qua supra, novamque declinationem, ab anno 1517. per aliquot sequentes, Cæsareis

[*a*] *Id. ibid.* [*b*] *Jos. Mann. in Ser. Senator. pag.* 85.

reis Institutionibus publice explicandis Operam locavit suam (*a*).

Alexandram Antenoream Alexandri Senatoris Filiam, Sebastianique pariter Senatoris, Pisanique Prætoris sororem, in uxorem duxit, ex qua *Raphaelem Rodulphium*, anno 1541. Senatui & ipsum decus additurum progenuit (*b*). Non cessavit interim studiis & præsertim amœnioribus operam dare, quapropter anno 1546. meruit Consularem Florentinæ Academiæ gradum conscendere, suisque monitis, & exemplis, Literario illi cœtui calcar addere urgentissimum.

Cæteris, Literaria ipsius decora, quamvis extrinseca respicientibus, de quibus eorumdem Fastorum accuratissimus Compilator *Salvinius* aliquatenus dubitat, illud in eadem linea superaddo, quod incertus adhuc hæreo, aliisque dilucidandum relinquo an huic *Laurentio* dicatum voluerit *Cosmas Bartolius*, alioquin ejus æqualis, & in eodem Florentinorum Academicorum cœtu Collega præstantissimus, eruditam illam *Collocutionem*, quam honoris gratia inscripsit: *Il Ridolfo*.

§. XXIV.

Marianus Tuccius Florentinus, Pauli Filius, nuncupatione Operum unius ex Editionibus celeberrimi *Lactantii Firmiani* ad Eminentissimum *Innocentium Cybum*, in Literaria Historia notus (*c*), ad Pisana hæc Rostra eruditionis suæ fama condeco-

ran-

(*a*) *Rotul. Academic. in Tabular. Florentinar. Reformation.* (*b*) *Jos. Mann. in præcitat. Ser. Senator. & Salvin. in Fast. pag.* 62. (*c*) *Edit. Florent. Junctar. an.* 1513.

randa, Poetices, & Oratoriæ Professor, e Florentino Gymnasio evocatus est anno 1517. (a). In Aula tam excelsi Principis, qui postea Florentiæ plurimum auctoritate polluit (b), aliquandiu vitam exegerat, & in Patrio Gymnasio docuerat, quum prudentissimis Gymnasiarchis placuit ipsum discessuro Pisis *Dactio*, duobus antea annis conducto, subrogare, constitutis eidem Humanarum Literarum Cathedra, & eodem sexaginta Florenorum stipendio, quod paulo post ei fuit adauctum (c). Susceptum id muneris per aliquot annos explevit ea sedulitate, qua olim *Laurentius Tuccius*, alibi laudatus (d) Spartam suam ornavit; & jam minime dubito ex ipsamet Progenie fuisse, & non ex aliis *Tucciis Scriptoribus*, quos late recenset *Georgius Matthias Konigius* (e): quamobrem quæ ad honestissimam ejus conditionem pertinent, ex Elogio Illustris ejus Antecessoris commode poterunt hauriri.

§. XXV.

Elogio utique brevi, sed non ita obviis Monumentis referto, quod in uno ex superioribus dedimus (f), *Antonii de Malegonnellis* Petri Filii, subnectitur modo ex Ordine, aliud æque operosum *Alexandri*, ex prælaudato *Antonio*, & *Lena Petri de Acciajuolis* procreati (g). Natus an. 1491.

bonis

(a) *Not. Conduct. d. an. in Archiv. Florent. Reformat.* (b) *Scip. Ammirat. Joan. Bapt. Adrian. in Histor. Florent.* (c) *Rotul. seqq. annor. ibid.* (d) *In X. ex nostris Opusc.* §. 21. (e) *In Biblioth. vet. & nov. Edit. Altdorf. ann.* 1678. In Verb. Tucc. (f) *Opusc. XI.* §. 18. (g) *Salvin. in Fast. Consular. pag.* 99.

bonis Artibus, ac Disciplinis animum applicuit, inter quas Poetica Facultas, in qua Jocosum quidem, sed non contemnendum specimen typis editum habemus (*a*); maxime vero Juris utriusque Studiis, hereditariæ quodammodo scientiæ, sedulam operam navavit (*b*). Ut autem partæ sibi in Scholis Doctrinæ publicum, & quotidianum experimentum exhibendi occasio præberetur, opportunum præ ceteris, hujus Pisanæ Lecturæ exercitium dijudicatum est. Idem itaque anno 1518. Academiæ potissimum necessitate sic exigente, paulo pridem designatus, Juris Pontificii Cathedra donatus est (*c*), etsi hoc ab eodem Eruditiss. *Salvinio* impenso ejus laudatore, nostrique Ordinis amantissimo, reticeatur. Hinc in Forensem pulverem aciemque progressus, in Pragmaticis studiis ita excelluit, ut in scribendo consulendoque cum de publicis, tum de privatis rebus, pro Urbis Oraculo haberetur (*d*). In Criminalibus quoque versatissimus, in Octovirali Magistratu assedit; & nimia forsan gestientis animi significatione, quinque ex primoribus Civibus, capitis reos pronunciavit; suamque severissimam sententiam executioni mandatam vidit, ut *Bernardus Segnius* gravissimus Historiarum Scriptor,

E me-

[*a*] *Inter Collect. Cantic. Bacchanal. in Catalog. MSs. Bibliot. Riccard. pag.* 95. *Impress. Cosmopol.* 1750. *Part. I. pag.* 162.
[*b*] *Pralaud. Clariss. Canon. Salvin. ibid.*
[*c*] *Catalog. Academic. d. ann. ex præd. Reformat. Tabular.* [*d*] *Jos. Rustic. in recens. celebr. Advocat. Florentin. in repetit. L. cum Avus c.* 13.

memoriæ mandavit (*a*). Interea soboli propagandæ incubuit, ducta in legitimam Uxorem *Comitissa de Cavalcantibus*. Inter Priores Civitatis, & postmodum in Acad. Florent. Consulem adlectus fuit. Legationem ad *Paulum III. P. O. M.* decentissime obiit; pluresque Præturas, Volaterranam scilicet, Pistoriensem (*b*), & hanc ipsam Pisanæ Urbis, ubi quondam publicus Professor, justitiam summa fide atque integritate administrando gessit, Senatoriam denique dignitatem, merito a *Cosmo Primo*, memore fidissimi ejus famulatûs sibi suisque præstiti, assecutus est: in quo sublimi munere, sexagesimum quartum ætatis annum agens feliciter anno 1555. occubuit (*c*).

§. XXVI.

Floruit Pisis, floruit etiam Florentiæ, *Compagnia Gens*; immo eam, quæ Florentiæ adhuc viget, nescio quonam historico fundamento suffultus, inde deductam existimat *Hugolinus Verinius*, ubi cecinit:

„ Tyrrhenas tangit Compagnus Origine Pisas,
„ Plurimaque in Templis illic monumenta vetustis,
„ Ostendunt illum Pisanæ stirpis alumnum &c. (*d*).

Quod si ita se res haberet, uti *Verinius* opinabatur, nempe e Pisis petendam Florentinorum Compagnorum originem, ne-
dum

[*a*] *Lib. IX. pag.* 234. *sub ann.* 1537.
[*b*] *Mich. Angel. Salv. Histor. Pistor. Lib.* 22. *P.* 3. *an.* 1546. *Scip. Ammir. P.* 2. *Lib.* 32. *Bened. Varch. Histor. Florent. Lib. XI.*
[*c*] *Jos. Mann. in Ser. Senat. &c.* [*d*] *L.* 3. *de Illustrat. Urbis Florent. pag.* 72.

dum ante annum 1472. id eveniſſe dicendum, quo *Johannes Cantis* Florentino Vexilliferatu fruebatur (*a*), ſed & multo ante; nam *Dinus* prope initium ſæculi antecedentis, *Chronicon Florentinorum* exarabat, & ad *Johannem XXII.* Orator acceſſit (*b*); & anno 1333. *Ottinellus*, e Cappella *S. Mariæ Novellæ*, Florentiæ obiit; & *Bartholomæus*, e Parœcia *S. Trinitatis*, cum religioſo Patrum Prædicatorum Indumento ſepeliri mandavit, ac voluit anno 1381. (*c*). Quidquid itaque de Patria origine inſignis hujus Familiæ dicendum ſit, illud certum decurrente ſæculo decimoquarto, utrobique ſedem habuiſſe; nam, quod ad Piſas attinet, in una ex ſepulcralibus Inſcriptionibus, quæ adhuc in Eccleſia *S. Catharinæ* legitur, prope gradus Aræ Virginis *de Roſario* ſacræ: *Sep. Ser Simonis Compagni bonorabilis Civis Piſani, & Heredum ejus, qui obiit A.D. MCCCXLVIII.*

Ad nos quod attinet, prout ex Lib. Piſ. Univerſ. ab an. 1517. ad 1526. conſtat, in Piſana Civitate proculdubio degebat, in noſtrum Canoniſtarum Profeſſorum Ordinem relatus, quamvis cum tenui honorario 25. *Florenorum*, ad extraordinarias materias edocendas anno 1518. *Jacobus Mariani filius*; illius Mariani, qui Piſas adventanti *Carolo VIII.* [ſtabilem, ut ſperabant, Patriæ Liberatorem extiturum, qualis in num-

E 2 mis

[*a*] *Franc. Junctin Scip. Ammirat. Lib.* 23. *pag.* 110. [*b*] *Jo. Albert. Bibliot. Med. & infim. ætat. Lib. IV. pag.* 90. *Edit. Hamburgenſ.* 1734. *Clariſs. Murator. Tom. IX. Script. Italic. in Præf. d. Chron.* [*c*] *Necrolog. in Archiv. d. Cœnob. Florent. S. Mar. Novell.*

mis ea occasione cusis inscribitur (*a*)] Pecuniam Ærario, cum aliis Civibus nimium credulis, suppeditavit (*b*).

Neque solum Magisterio publico, publicoque stipendio, decreto Gymnasiarcharum, donatus fuit hic noster; sed & suorum Reformatorum placitis, in Notulis Priorum forte extrahendorum repositus, hoc honore, pro dignitate, perfunctus deprehenditur anno 1528. (*c*). Publicam, privatorumque caussam tutatus est, Advocatus Urbis quoque designatus: cujus publicæ utilitatis intuitu, Florentiam, & principem Florentinæ Reipublicæ Gubernatorem *Laurentium Urbini Ducem*, minime cunctatus est adire, ut Patriæ suæ concederetur Publicas nundinas, singulis annis, habere a die prima Augusti usque in diem decimam Septembris (*d*). Quod etsi non illico, nec pro eo præcise tempore, indultum fuerit; tamen eam in animos Dominantium dispositionem ingessit humilis hæc æqua supplicatio, ut ab anno 1561. postmodum permissæ fuerint (*e*); deinde anno 1574. sublatæ, denuo anno 1588. concederenrur, quæ etiam nunc per duas hebdomadas, post Festum scilicet recurrentis Dominicæ in Albis; & a die 16. *Septembris*, usque ad Festum *S. Michaelis*, quotannis instituuntur.

§. XX.

[*a*] *D. Præposit. Ludovic. Murator. Tom.* 24. *&c.* [*b*] *Volum. I. Pisan. Communit. sub an.* 1494. 95. [*c*] *Volum. VIII. d. Archiv. Commun. pag.* 266. [*d*] *Ibid. sub an.* 1519. *pag.* 167. [*e*] *Vid. Biblioth. Cinell. Tom. IV. Noviss. Edit. Calogerian. in Addition. pag.* 440.

§. XXVII.

Quæ de Mazzinghia Gente alibi protulimus (*a*), opportune repetita volumus; illud unum addentes, quod eadem doctrinæ supellectile, perspicuitate, & elegantia, qua sub finem anteacti seculi, *Mazzingus* Res Medicas, *Paradisus ejus filius*, anno 1518. in reparato per Florentinos Proceres Athenæo, Elementa Imperialium Institutionum publice Pisis enucleabat (*b*). Doctoratus Lauream in utroque Jure, post Studium Bononiæ, atque hic peractum, eodem anno consecutus fuerat (*c*); & jam substraverat sibi, ut a plerisque fieri consueverat, ad hæc insignia, & ad hoc stabile Magisterium, gradum exercitio annuæ illius Lecturæ, quam Festorum dierum appellamus, vulgo *Extraordinariam*; cumque spem expectationemque minime fefellisset, in Album Quotidianorum, cum annuo stipendio Florenorum triginta relatus fuit. Fortunam temporum sequutus, stetit, abiit, rediitque, prout ex benigno Gymnasiarchorum indulto ei permissum. Interim in Foro cum laude Clientibus inserviens (*d*), sub anno 1529. turbidissima plane Reipublicæ tempestate, etiam Consiliis Patriæ adhibitum, ex *Varchio* accepimus (*e*). In his autem similibusque Officiis exercendis, ætatem protraxit ad an-

 num

[*a*] *Opusc. VIII. cui titul.* Monumenta Historic. &c. §. *IV.* [*b*] *Catalog. Extraord. & Ordinar. in Offic. Reform. Florent.* [*c*] *Hieronym. a Summar. in suis Miscell. ex Rogit. Ser. Bernardin. Pitta.* [*d*] *Joseph. Rustic. ad L. Cum Avus alibi allegat.* [*e*] *Lib. XI. Historiar. Florentin.*

num usque 1564. quo diem obiit supremum (*a*).

In Monumentis Ecclesiæ Florentinæ *Sanctæ Trinitatis PP. Vallumbrosanorum*, nedum Familiam, & sepulcrum ibi magnifice erectum habemus; sed & probum Virum hujus ipsius *nominis*, de ipsis admodum benemerentem, qui legato eidem Ecclesiæ annuo redditu Ducatorum sexaginta in eadem tumulatus fuit. Verum cum exinde constet prædictum sub die 24. Novembris anno 1599. Testamentum condidisse *rog. s. Matthæo de Corbulis* (*b*), ad juniorem *Paradisum* piam hanc dispositionem pertinere dicendum; & forsan ad eum, qui sacros Canones sub *Cosmo Primo*, Pisis profitebatur (*c*).

§. Ex nota in Pistoriensibus Historiis, & præsertim, quæ armatam militiam, atque œconomiam respiciunt, *Tinghiorum* Progenie, prodiit *Franciscus*; at diversa propensione, nempe ad Togatam Militiam, & ei sese totum ab ineunte ætate addixit; & eo tempore, quo nulla Professorum Scholastica indigentia, pro duobus annis in Institutistarum Civilium Classem cooptatus invenitur dict. anno 1518. (*d*). Ex quo quidem non mediocrem ejus idoneitatem licet arguere; potissimum vero quia sub eo cœlo natus fuerat, ubi proborum

[*a*] *Notul. in Lib. Universit. pag.* 57. *ad an.* 1526. [*b*] *Benign. Davanzat. in Historia Mss. dict. Basilic. pag.* 401. *e Tabul. Oner. in Sacrar. d. Eccles.* [*c*] *Ex Rotul. in Archiv. DD. Consiliarior. Florentin. & in Nostro Universit.* [*d*] *Ser. Professor. d. an. in Tabular. Reformat. Florent.*

borum ingeniorum proventus, & optima institutio nunquam defuit.

§. XXVIII.

Non tam Felsinea Clarissima Urbs suos Cives, atque Doctores, quam finitima loca, Academiæ nostræ præstantes Professores suppeditarunt. Unus modo, ex prædicta Regione, occurrit *Mag. Johannes de Castro Bononiensi Ordinis Minorum Sancti Francisci*, ad instruendos Logicæ præceptis Auditores pro antedicto anno 1518. ceteris superadditus, & quidem ordinario loco; extraordinariam siquidem edocebat *Mag.* quidam *Jacobus Pistoriensis* (*a*).

Forsan *Jo. de Castro Bononiensi* is est, ad quem extat *Claudii Tholomei Senensis*, Viri Eruditissimi, Epistola Romæ data (*b*), ubi ipsius in Arte Vitriaria peritiam commendat, facile ut Opticæ studiis deserviret.

Huic nobili artificio sedulas, manus applicuerunt, ex nostratibus plures, *Salvinius Armati de Armatis Florentinus*; *Alexander Spina Pisanus* (*c*); Et novissime, quem honoris gratia nuncupo, *Jo. Baptista Magnellius*, Sacerdos integerrimus *Aulæ Mediceæ* famulatui mancipatus, cujus sacræ Lucubrationes Florentinis typis editæ circumferuntur (*d*).

Ad excolendum a se, ceterisque præparatum jam studiosorum ingenium, Philosophiæ Cathedram *Mag. Marco Petri della*

[*a*] *Rotul. præd. an. in præd. loc.* [*b*] *L. V. Epistolar. pag.* 160. [*c*] *Dominic. Maria Mannius de Florentin. Invent. cap.* 25. *pag.* 52. *&c.* [*d*] *An.* 1715. *&* 1717. *per Tartin. & Franc.*

Doccia Nobili Aretino, eodem ferme tempore, destinarunt (*a*). Illustri is erat sanguine progenitus: quare *Joseph* ejusdem *Mag. Marci* Filius inter Vexilliferos Patriæ Urbis meruit assidere (*b*); & *Franciscus Maria*, alterius *Petri Filius*, Equestribus D. Stephani insignibus condecorari (*c*).

§. XXIX.

Laicalem statum, Sacris Canonibus explicandis; ætatemque aliquanto maturam Academici Rectoris Officio, olim studiosis Adolescentibus, ut plurimum demandari solito, nihil officere, nedum recentia exempla, sed & antiqua comprobant. Prisco exemplo sit *Bonus de Cappellis* Florentinus. Natus hic anno 1466. ex Nobili Genitore, cui nomen *Baro*, qui postea inter Priores Urbis consedit; sicuti & alii ejus majores ex hac Familia sederant (*d*). Non prius quam anno 1518. Generalis Rectoris amplissimum munus, in hoc Pisano Athenæo exercuit, quod ei anno proxime subsequuto, videlicet anno 1519. viam stravit ad extraordinariam Juris Pontificii assequendam, cum usu frequenti, tunc temporis, licet exigua mercede, Florenorum

[*a*] *Monum. Quæstor. Pis. Dobanæ ap. Nob. Vir. Jo. Bapt. Braccium Cambinium.* [*b*] *Cod. Probat. in Equestri Archiv. Div. Steph. sub an.* 1694. *pag.* 53. [*c*] *Ibid. & Clariss. Georg. Vivian. Marches. Bonaccurs. in suo Mus. Honoris Part. I. pag.* 74. *& Ludovic. Arald. in Ital. Nobil. in Ser. Arretinorum.* [*d*] *Ex Archiv. Mont. Commun. Flor. Dominic. Maria Mannius.*

rum vigintiquinque (*a*). In Patriam a domesticis negotiis revocatum, constat nobilem fœminam *Albieram Americi de Antinoris*, Familia a nobis pluries jam commendata, atque alibi etiam commendanda, in Uxorem duxisse, ex eademque plures Liberos procreasse (*b*). Constat quoque ex Patriis Monumentis, conlato ære proprio, principem Aram, *in Ecclesia S. Mariæ Majoris*, erigendam curasse: indicium pietatis, & magnificentiæ non vulgaris.

An ex eadem stirpe prodierit *Petrus*, qui post faustissimam Pisani Lycei restaurationem, a *Serenifs. Cosmo Primo* factam, & ipse Professorium munus hic obivit, erit accuratior indagatio, quam pro eo tempore reservamus (*c*).

§. XXX.

Præter duos Canonistas superius, in Ordine Extraordinariorum, commemoratos, alii duo, eodem hoc anno 1519. in eadem insigni Classe recensiti reperiuntur, & ad supremos ipsius Pontificiæ Facultatis Gradus, in eadem Academia consequendos, duce, & auspice virtute, properabant (*d*).

Primo *Cinus de Ponis*, ex Patre *Thaddæo*, Pisanæ Urbis Prioratu, immo & Præpositura postea functo, progenitus (*e*).

E 5 Non

[*a*] *Catalog. Pisan. Professor. & Rector. in Tabular. Reform. sub d. an. & in Lib. Pis. Univers. ab an.* 1517. *in aliquot seqq.* [*b*] *Arb. Antenor. in d. Clar. Dom.* [*c*] *In Rotul. an.* 1543. *in* 20. *subseq.* [*d*] *Codex prædict. ann. in Offic. Reformat. Florentin.* [*e*] *Lib. IX. & X. in Archiv. Pisan. Communit. pag.* 40. *&* 43. *sub an.* 1526.

Non minus hic Canonicam, quam Civilem Scientiam excoluerat, ut Avitam *Petri* famam inter Patriæ Causidicos illustris, æquipararet (*a*): quamobrem & ipse publico stipendio inter Advocatos Urbis merito cooptatus, Patriæ mirifice profuit, suæque Familiæ decus maxime promovit: ita ut opibus aucta, paulo post institutum sacrum Militarem Ordinem *Divi Stephani*, *in Persona Leonardi*, eundem Equestrem cœtum condecoraverit (*b*).

Secundo *Philippus de Miniatis*, Familia, quæ longe pridem Florentinam Civitatem adepta, in Pratensi Oppido sedem fixerat (*c*); & declinante, post millesimum, sextodecimo sæculo, cingulo, & insignibus ejusdem Militaris Ordinis nobilitata deprehenditur (*d*).

Ex ea proculdubio *Eq. Johannes Miniatus*, qui anno 1596. *Serenissimo Ferdinando Primo Mediceo* Historicam rerum patriæ suæ narrationem, dicatam voluit, in qua nedum scribendi nitorem & elegantiam, quæ etiam potest abesse, cum teste *Plinio*, Historia quomodocumque scripta delectet (*e*); sed majorem Criticen Eruditi desiderant.

§. XXXI.

De Gabriele Petri, ac de *Aloysio Christophori de Mastianis* Nobilibus Pisanis Civibus, ac Professoribus, methodicum Sermo-

[*a*] *Farull. in Addit. ad Monast. Florent. Angelor.* [*b*] *Vid. Arald. in præcit. Ital. Nobil. &c.* [*c*] *Joan. Miniat. in præfat. Edit. typ. Opusc. cui titul. Narrazione della Terra di Prato.* [*d*] *Id. Ludovic. Arald. in præcit. Ser.* [*e*] *Lib. V. Epist. 8. ad Capiton. & ibi erud. Jo. M. Catan.*

monem habentes, de aliis duobus, ad hoc *sextumdecimum sæculum* pertinentibus, opportunam mentionem habituros nos fore spopondimus (*a*); de *Benedicto* nimirum *Thomæ* ad annum 1519. pertinente; & de *Johanne* ad annum 1543. prout in Notis Typographicis, ad exemplaris nostri fidem, fuerat exactius adnotandum.

Jam prodeat *Benedictus Thomæ Filius*. Auspicatissimum noster hic illius *Benedicti* nomen sortitus, qui de *Bello Balearico* Opus composuit (*b*), non in Historicis, ut ille; sed in Juridicis Calamum exercuit. In Academicum Album relatus prædicto anno 1519. [quem in sequenti anno *Angelus de Narnia* excepit] ad edocendas Cæsareas Institutiones, cum stipendio Florenorum quinquaginta, Theoretica multa in studiosorum Tironum utilitatem elucubravit (*c*); nonnulla in utilitatem Adultorum ad Extraordinarios Tractatus enucleandos, anno 1521. cum augmento aliorum viginti, merito promotus; & subinde ad Ordinarios, saltem usque ad 1535. quo *Johannem Vannium* Laurea Juris insignivit, ut alibi adnotavimus. Forensia quoque multa conscripsit, Pisanæ Communitatis Advocatus jam electus (*d*). Oratorem jam pridem ad Florentinos Proceres egerat; munus Piæ Domus Gubernatoris; aliaque Urbana munera obiit; & signanter inter Priores Urbis assidendo, omnia, quæ sui muneris fuerant, summa

[*a*] *In Opusc. IV.* §. 10. *p.* 67. [*b*] *Raph. Roncion. in Hist. Mss. ad an.* 1114. [*c*] *Ex Rotul. Reform. an.* 1519. *& seqq. & ibid. adnotat.* [*d*] *Vol. X. Archiv. Domin. Prior. Pis. Civit. pag.* 189. 301. *&c.*

cum laude gessit (*a*); Posterisque præluxit ad ampliandam, in Equestribus Ordinibus, eam Nobilitatem (*b*): quam, ne mentiar, ipsimet *Benedicto* hereditariam reliquerant majores plures; de quibus in pervetustis Sepulcralibus Lapidibus, in Ecclesia Pisana *Divæ Catharinæ*; & ante Januam Cœnobii *Divi Francisci*, illustre Monumentum. Silentio prætermissum nolumus, quod in una ex præd. Legationibus *apud Illustris. Domin. Laurentium Medicem*, illud impetraturus accessit, ut Doctores quilibet Pisanæ Civitatis, ex publica Auctoritate, de Collegio Doctorum Studii forent: quod tamen tunc temporis, non reor impetratum, quamvis in Collegio Theologorum, ipsorum assensu, quandoque factum, ex alibi recensitis eorum Constitutionibus inveniatur; & serius in eo Jurisconsultor. inter quos privata eorum Auctoritate, qui publice profitebantur *D. Alexander de Lanfranchis; D. Franciscus Murcius; D. Franciscus Pitta; D. Dominicus* pariter *de Lanfranchis; D. Joannes Paulus Vannius; D. Joannes de Sancto Cassiano* (*c*). Et hodie solum, ex necessitate, in omnibus Collegiis fit, ad explendum legitimum numerum, cum hac diversitate, quod in Cœtu Theologorum, & Juristarum, Canonici Primatialis Ecclesiæ, in ea Facultate, Doctorali Laurea insigniti; in Cœtu vero Medicorum, Medici Urbis, arbitrio

[*a*] *Lib. VII. D. Pis. Archiv. p.* 281. *&c.* [*b*] *Aloys. Arald. in Ital. Nobil.* [*c*] *Notul. in Miscell. Erudit. Hieronym. a Summar. General. Athenæi Provisoris ad ann.* 1543. 44.

bitrio Domin. Prioris, & Vicarii accersiti, suffragium ferunt.

§. XXXII.

Augustinus Niphus Jacobi Filius, ex honestissima Familia, olim Tropeæ Oriundus, Suessæ natus est anno 1466. quamobbrem *Suessanus* appellatus (*a*). Incidit *Niphus* in obscurissima illa tempora, quibus Philosophia Saracenorum adhuc triumphabat (*b*); quare homini, alioquin perspicacissimæ mentis, & Philosophiam, & Medicinam, & Scholasticam illam methodum, & loquutionem ediscere, & postea docere necessum quodammodo fuit. Non ita tamen, ut in his, quæ ad Religionem spectant, & contra vana Astrologorum figmenta, adversus *Petrum Pomponatium Mantuanum* Aphrodisæi Sectatorem, de quo supra, non acerrime disputaverit hic noster, immortalitatis Animæ assertor, ac vindex.

Diversas Italiæ Cathedras, Neapolitanam, Bononiensem, Salernitanam, Romanam, accitus, magnus Præceptor conscendit; *Pisanam* hanc vero nostram Philosophiæ Ordinarius Professor Antemeridianus, anno 1519. cum lauto Florenorum aureorum septingentorum ex largis (*c*): sicut vespertinam cum ducentis, *Petrus Nicolajus Faventinus* consecutus fuit (*d*).

Bene-

[*a*] *Paul. Jov. in Elog. num.* 921. *Anton. Balthassar. in Vit. Personar. Illustr. pag.* 7. *Bernardin. Taffur. in Lib. de Neapolit. Invent. pag.* 22. [*b*] *Jacob. Bruker. Histor. Critic. Tom.* 3. *Edit. Lipsiens. p.* 104. [*c*] *Rotul. præd. ann.* 1519. *ubi ad Trien. in Tabular. Florent. Reformat. Jo. Albert. Fabric. in Biblioth. Med. ætat. Lib. XIII. pag.* 408. [*d*] *In d. Alb. Pisanor. Professor. ibid.*

Benedictus Varchius, ex Pisanis *Niphi* Auditoribus, eum tamquam Magistrum, inconsiderate pronunciantem, & ferme incredibili auctoritate, ea, quæ vellet imponentem, carpere videtur (*a*); contra emunctæ naris Vir, & in hisce Studiis, in prima Juventa versatissimus, *Paulus Jovius* Niphi prælectiones disputationesque ob rerum ubertatem & copiam, salsosque lepores ibi conspersos, miram in Audientium animos jucunditatem ingerentes, ingenue profitetur; Ordinem vero Latinitatemque in iis desiderat; majoremque in ejus versionibus, quas protulit, in interpretandis Operibus *Averrois* adversus *Algazellem*, fidem felicitatemque prælaudatus *Bruker.* exoptat (*b*).

An hæc ipsi recte objiciantur, dijudicent alii, qui periti in iis Artibus sunt, ex maturiori inspectione Operum, quæ publici Juris effecit, & hæc fere sunt (*c*):

Pro Averroe adversus Algazelem : Expositiones in Priores Resolutiones Aristotel. : In Aristotel. Lib. de Histor. Animal. Lib. IX. : De Partib. Animal. & harum Causis Lib. IV. : De Generat. Animal. Lib. V. : De Auguriis Lib. II. : De Diebus Crit. Lib. singular. : De Morb. Gallic. : Exposit. in Lib. Elenchor. & de Interpretat. in Meteorolog. : In Lib.

[*a*] *In Lect. de Generat. Monstror.* [*b*] *In loc. præalleg.* [*c*] *Id. passim in suis Operib. Georg. Matth. Konig. in Biblioth. Jacob. Gadd. de Script. non Ecclesiast. Georg. Abrah. Merlin. in Linden. renovat. de Script. Medic. Lib. I. Daniel. Morof. in Polyhist. Lib. 3. Tom. 2. Jov. ubi supra : Andreas Tiraquel. de Nobilit. cap. 31. Bernard. Montfauc. ex Biblioth. Ambros. Gabr. Naud. &c.*

Lib. VIII. Phisic. : *In Lib. Posterior. Analytic.* : *In Lib. III. Rhetoric.* &c.

His addere juvat Opuscula quædam elegantiora *de Tyran. & optim. Rege* : *Contra Astrologos* : *De Aulico, ac Viro Nobili* : *De vera vivendi libertate Lib. II.* : *De Divitiis Lib. I.* : *De his, qui in solitud. vivere possunt Lib. I.* : *De Sanctit. & Prophanit. Lib. II.* : *De Misericordia Lib. I.* : *Dialectic. Ludicr. pro Tyruncul. ac Veteran.* : *Codicil. de sens. agente* : *De Armor. Literarumque comparat* : *De Inimicitiar. Lucr. Apolog. Socrat. & Aristotel.* : *De Physiognomia* : *De Artificiosa somniorum Interpretat.* &c.

Illud certum magnam ipsi famam conciliasse ejus opera penes Celsissimos Principes, qui nisi ex se ipsis sapiunt, cum Sapientibus sapiunt, videlicet

Leonem X. qui paulo ante obitum, Medicæ curæ suæ adesse voluit, & Romanæ Sapientiæ Professorem (*a*) : cum ea insuper decoratione, ut *Mediceo Cognomine*, & *Insignibus* cohonestatum *Niphum* voluerit : sub qua honorifica denominatione *Suessanum* amplissimo Privilegio, & pingui annuo redditu ditatum legimus a *Ferdinando Sanseverinio Aragonio* Salerni Principe (*b*), qui secum super *Ethicis Aristotelis* colloquentem benigne excepit ; ejusque Colloquutio-

[*a*] *Colleg. N. Pilit. in Præfat. ad Thes. Philos. Rayn. Stietti Card. Medic. Franc. dicat. Doctor. Jos. Blanchin. Prat ens. in Historic. Sermon. de M. E. D. in Præf. n. 21. Clar. Joseph. Caraf. de Gymnas. Roman. Tom. I. pag. 330.* [*b*] *Refert. per extens. Diplom. a Nicol. Topp. in Biblioth. Neapol. pag.* 4.

quutiones a *Galeatio Florimontio Aquinate Episcopo*, scriptis mandari fere ambiit, & postea typis consignari (*a*).

Carolum V. Imperatorem, qui Lib. *de Regimine* sibi nuncupari non renuit; & Valetudinis suæ a Consiliis esse; ut actu Medicum *Joan. Jacob. Adriam Mazariensem*, unum ex præstantioribus *Niphi* Alumnis, in Neapolitano Gymnasio profitentem (*b*).

Paulum III. qui ipsius Libros *quinque de Generatione Animalium*, & novem *de Historia Animalium*, & *quatuor de Partibus*, sub suo nomine, & clientela, in lucem prodire non detrectavit (*c*).

Ludovicum, *& Elveriam Ferdinandos a Corduba* Principes Suessanos, qui Libellum *de his, quæ ab optimis Principibus agenda sunt*, nuncupatum libenter exceperunt (*d*).

Johannam Aragoniam Tagliacotii Principem, quæ Libros *de Pulchro*, *& Amore*, eo lubentius sibi inscribi gavisa est, quo se in *Pulchritudine* prælatam sensit celebrioribus, ex antiquitate, Puellis, quas ibi *Niphus* enumerat (*e*).

Sunt qui, in prædictis Libris, quos *de Pulchro*, *& Amore* indulgentiori calamo conscripsit, pronam ipsius in Amores voluntatem, & lubricitatem arguant; iis potissimum factis contestatam, quod Uxoratus

[*a*] *Venet. per Plin. Petr. Sanct. an.* 1554. [*b*] *Balthassar. in præd. Elog. Nis. Antonin. Mongit. in Bibliot. Sicul. p.* 346. [*c*] *Edit. Venet. ap. Hieron. Scott. an.* 1546. [*d*] *Florent. typ. per Hered. Philipp. Junct. an.* 1521. [*e*] *Edit. Rom. ap. Anton. Blad. an.* 1531. *cap.* 109.

tus Homo, & ex *Angelella* Conjuge plurium Liberorum Genitor, ætate provectus, Podagra laborans, annos circiter septuaginta agens, visus sit effœta jam Uxore sua, inter Puellas, maxime vero cum prædilectis *Faustina*, alias *Aurora*, & *Hippolyta*, alias *Quinctia*, diversari, ludere, & ad Tibiæ sonum saltitare (*a*). Indigna hæc certe sunt gravi homine, Sene, ac Philosopho, & quod ad corporis formam spectat, insigniter deformi; sed non ea, quæ nobis lascivum hominem illico exhibeant. Repuerascere Senes, Vetus Querela est; ac pro levitate quidem, univocæ sunt; equivoca vero pro inhonestate. Memini hos insanos & intempestivos amores propalasse *Jovium*; at probæ alioquin ipsius doctrinæ simul, ac Vitæ, hæc accedunt testimonia. *Torquatus Tassus* in Dialog. *de honesta Voluptate*, *Niphum* Colloquutorem inducit. *Clemens VII.* qui Romæ hos Libros amplissimo Privilegio decoratos impressos prodire jussit. *Pompejus Cardinalis Columna S. R. E. Vicecancellarius*, cujus ad d. Opera præliminaris Epistolæ frustulum validæ defensionis loco, hic sit: *Opus tuum de pulchro, & amore, Niphe, Philosophorum præclarissime dum omni accuratione perlegi, maxima mehercule lætitia affecit. Nobis enim nihil jocundius, posteris nihil conducibilius, tibi vero nihil gloriosius accidere potuisse facile existimabam &c.* Et in fine: *Quanto melius, atque elegantius tu, qui libidinibus, atque illusionibus explosis, ac fugatis divinæ religionis, cujus dictis, & factis studiosissimus vindex, ac defensor*

[*a*] *Paul. Jov. & Anton. Balthassar. ib.*

ſenſor acerrimus ſemper extitiſti, non fucatam illam nothum, atque inanem, ſed veram, ſed legitimam, ſed ſempiternam, & quam niſi ſolo virtutis tramite aſſequi non poſſumus, pulchritudinem exhibes, amplectendamque proponis. Perge igitur, tuiſque iſtis fulgentiſſimis armis truculentiſſimos hoſtes fuga, funde, atque e medio tolle. Vale.

Conferunt, & ad id, in pio eorum ſuppoſito, ſepulcralia Elogia, quæ ipſimet, ex Angina, in Patria functo circa annum 1546 (*a*) a prælaudato *Galeatio Florimonte*, quondam ejus Diſcipulo, & a *M. Antonio Flaminio* poſita ſunt: quorum poſtremum, utpote hoc eodem Latino, quo ſcribimus, Idiomate conſcriptum, libet nunc præ ceteris exhibere:

Qui docuit rerum Niphus cognoſcere cauſas,
Non rerum oblitus hoc jacet in tumulo.
Sed Cœlo meliore ſui cum parte receptus
Nunc gaudet melius diſcere quam docuit.

§. XXXIII.

Junior *Dinus del Garbo*, *Thaddæi* Auditor, *Torrigiani* Sectator, dignus habitus eſt, qui, in hac ſubalterna Studii Reparatione, ad Dialecticos Canones, e publicis Piſanis Roſtris, illuſtrandos eveheretur, Statuto ipſi Florenorum vigintiquinque honorario, anno 1519. (*b*). Traducem illum erga Philoſophicas, ac Medicas Diſciplinas genium: quas in Florentino, Bononienſi, ac Senenſi Gymnaſio *Senior Dinus*,

nus,

[*a*] *P. Niceron. Tom. XVIII. Memor. &c. Cornel. Toll. in Addit. ad Pier. Valerian. de Infelicit. Literat. Prælaud. Joſ. Caraf. pag.* 331. [*b*] *Index Profeſſor. præd. ann.* 1519. *in Tabular. Florentinar. Reformat.*]

nus, *ac Thomas* (*a*), cum summo plausu professi fuerant, Gymnasiarchæ sperarunt utilem Pisano Athenæo futurum; gloriosum quoque Familiæ, quæ a Semita *del Garbo*, ubi quondam eorum majores, prope Plateam, quæ (*b*) nunc *Magnorum Etruriæ Ducum* dicitur, inhabitarunt, denominationem accepit; quamvis aliunde constet *de Salomonis* eam fuisse, ex subjecta Inscriptione Monumentorum sepulcralium *Abbat. Florent. Monachor. Cassinens.* ibi sub num. 62. ✠ *M.CCC.XX. Magistri Boni Medici de Salomonis*, & *hæredum*. *Gentilitium stegma nobilis Familiæ del Garbo*, *seu de Salomonis*, *quod antiquitus in novo Monachorum Capitulo penes ipsius Sepulchrum conditum fuerat*, *Nicolaus Simonis Petri*, & *Franciscus Maria Divi Stephani Eques Bacci F. del Garbo Avitum excolentes Monumentum*, & *Cœnobii commoditati consulentes in hunc locum transfulendum curarunt An. Domini M.D.C.XLVIII.* (*c*).

Alter quoque hujus Cognominis, sed nomine *Franciscus* sub *Cosmo Primo*, Medicam Artem in hoc Gymnasio publice docuit (*d*): a quibus omnibus, cumulatis non vulgaribus opibus, eorumdem Familia *in Equestrem D. Stephani Militarem Ordinem*

[*a*] *De Senior. Philipp. Villan. in ejusd. Vit.* & *ibi Clariss. Com.* Joan. M. Mazzucchel. *Mich. Pocciant. in Catalog. Scriptor. Florent. De Thom. Jul. Negr. in Biblioth. Script. Florent. Prosper. Mandos. de Archiatr.* &c. [*b*] *Vid. Tom. I. Monum. Thusc. Illust. Ed. Liburn. an.* 1755. [*c*] *Dom. Placid. Puccinell. in dd. Monument. pag.* 14. [*d*] *Sub ann.* 1548. *in Archiv. Domin. Consiliarior. Florent.*

dinem relata est, ut ex *Araldo* discimus, ac demum, instar plurimarum, in Patria Urbe floruit, ac defecit.

Ad excitandam cum prælaudato *Dino* æmulationem, quæ semper in Re Literaria plurimum profuit, Socius in hoc Logices enucleandæ exercitio, ei additus fuit *Antoninus de Gallis Pontremulcensis* (*a*), Juvenis acerrimæ quidem mentis; sed magis sospitis adhuc *Francisci de Gallis*, auxiliari Doctrina, quam alibi commendavimus, præpollens. Non diu tamen in eodem Agone desudavit; constat enim, jam ab anno 1526. nedum Medicorum Collegio adscriptum, sed & in eorum numero Priorum Sellas occupasse (*b*).

Comites etiam [quos Concurrentes appellamus,] eodem anno, & cum eodem stipendio adjunxerunt *Simonem de Fulgineo*, ac Magistrum *Taurinum de Arretio* (*c*). Ex ipsius Urbis Monumentis *Hieronymum Bernardi Filium*, fuisse accepimus *Torinum* hunc nostrum, ejusdem Agnationis, qua floruit, anteacto seculo *Balthassar* Jur. Utr. Doct. Comes, atque Eques Palatin. qui dum sacro Romanæ Urbis Appellationum, & Nullitatum Tribunali Judex præerat, *Apologeticon Statuti Urbis de Contractibus sine certa solemnitate non valituris*, SS. Memoriæ *Urbani VIII. Pontif. Opt. Max.* dicavit (*d*). Major tamen Professoris nostri *Hieronymi* gloria, suis honeste quæsitis, magnum initium dedisse, Publicæ

(*a*) *Rotul. d. ann.* 1519. *in d. Tabular. Reformat.* (*b*) *Lib. Pisan. Universit. ab ann.* 1517. *pag. ult.* (*c*) *Præd. Professor. Rotul. in d. Reform. Flor. Tabul.* (*d*) *Rom. typ. Ludovic. Grignan. an.* 1630.

blicæ Arretinæ Bibliothecæ, quam *Pio Loco Fraternitatis*, moriendo reliquit.

§. XXXIV.

Ex Arretina Patria, ac Schola, ubi cum laude in studiis profecerat, in hoc Pisanum Athenæum translatus est *Carolus Baccius Petri Fil. Donati Nep.* Cæsarearum Institutionum Interpres, sexto Reparatæ Universitatis anno, videlicet 1521. (*a*). Hunc, forsan, a Gibellinorum, ac Guelphorum Partibus, quibus adhærebant, ex ea bipartita *Bacciorum* sobole, quæ *Nigrorum* dicta est, ad differentiam aliorum, quæ dicta est *Alborum*, fuisse accepimus (*b*): quos adeo animis studiisque divisos constat, ut & Gentilitio Leonis Insigni diversi coloris usi fuerint (*c*), & per longam annorum seriem, connubium inter sese inire detrectaverint. Utrimque tamen certatim [qui solet esse perutilis honestæ æmulationis fructus, ut alibi diximus] ad laudem, & gloriam, qua Militaribus, qua Literariis exercitamentis, properatum est (*d*).

Ad *Carolum* nostrum quod attinet, circumspecto ejus Calamo usos fuisse Arretinos Cives in exarandis iis, ut vocant, Capitulationibus, quæ cum Florentina Republica sancitæ fuerunt, ex indubitatis Documentis constat: inter quas ea, quod Arretinis, ad libitum suum, pro sua Communi-

(*a*) *Catalog. Pisan. Jur. Consult. d. ann.* 1521. *ex Sched. Academic. Hieronym. a Summar. G. A. P.* (*b*) *Ab Eugen. Gamurrin. Vol. III. Histor. Geneal. pag.* 328. (*c*) *Vid. in Major. Sacel. Eccl. S. Franc. Aret. Civ.* (*d*) *Id Gamurrin. ibid.*

munitate, salutaria Statuta condere liceret (*a*).

Hinc autem Romam profectus, gratiam *Clementis VII.* & *Cardinalis Hippolyti ex Mediceis Principibus*, aucupatus, diversa honorificentissima munia obiit; quorum unum oppido splendidum, nempe *Locumtenentis Auditoris Cameræ*, ab eo obtentum, *Nicolaus Garzia* in *Tractatu de Beneficiis Part.* I. *Cap. V. de Pensione n.* 198. commemorat.

Subdit *Gamurrinius* ibidem, ejus filium *Petrum*, post varia Ecclesiasticæ Ditionis Gubernia, munus Jusdicentis in Senensi Rota substinuisse. Verum cum in ampla, tum Florentinorum, tum Senensium Auditorum recensione, quam edidit Clariss. Vir, ac Mœcenas noster amantissimus *Jacobus de Comitibus* (*b*), desit tale nomen, aliorumque etiam exterorum, in ea Urbe primas Sellas occupantium nomina recenseat Eruditissimus quondam Collega Noster *Ugurgerius* (*c*), eumque prætermiserit, suspicor *Gamurrinium*, ut solet, in designando hoc munere hallucinatum; & potius ab eo scribendum fuisse, *Petrum* Auditoris Officium exercuisse pro Primo Senensis Urbis Gubernatore *Friderico Barbulanio ex Comitibus Montis acuti*: quod mihi demum ex Archivo Pisano Equestris Ordi-

(*a*) *Vid. in Archiv. Reformat. sub ann.* 1531. *relat. in Arretina Nullitatis pro Domin. de* Gozzaris, *Edit. Florent. typ. Vivian. an.* 1741. & *Anonym. Appendic. ad Rondinel. Relat. edit. Arret. an.* 1755. *pag. ult.* (*b*) *Tom.* I. & II. *Decision. cum Addit.* (*c*) *In Pomp. Senens.*

Ordinis innotuit (*a*). Sed esto tale decus immo & nomen omnino reticuissem; non idcirco tamen omissionis nota possem affici, cum neque hic Laurea Juris insignitum esse certo liqueat; neque mei instituti, neque hujus loci sit, singulos enumerare, qui antea, vel postea, ex hac Equestri Familia, sub Jurisprudentiæ Vexillis meruerunt. Unum tamen, sine piaculo, præterire non possum *Julium* Francisci Filium, qui Promotore *Petro Calefato*, insigni Nostro Antecessore, & Sacri Romani Imperii Comite, enucleatis quatuor Textibus, ut ea tempestate, in more positum fuerat, amplissima Doctoratus Insignia recepit die ultima Martii 1569. cujus authenticum Diploma mihi videndi Copiam humanissime fecit Excellentiss. Collega Noster Advocatus *Petrus*, qui modo Cæsareis Institutionibus publice, privatimque enucleandis Operam navat, ad celsiores Sedes, ut auguror, citissime perventurus.

§. XXXV.

Mutinensis *Joannes Franciscus Furnius*, ex Ordine venit, tamquam Extraordinaria Philosophiæ Cathedra potitus anno 1521. (*b*), & Collega datus *Raphaeli Donati*

(*a*) *Tutius hoc Monumentum, ex Process. Probat. Arretinæ Familiæ de Baccis, debetur humanissimo Viro Raynerio Bernardino* Fabrio *in eodem Tribunali primo Administro, qui jampridem in Senensi Seminario, Poeticæ illius Facultatis Tyrocinia posuit, qua modo præstat, Alpheæ Coloniæ Vicecustor vigilantissimus.* (*b*) *Monum. Tabular. Offic. Reformat. sub prædict. ann.* 1524. *&c.*

nati de Francifcis, de quo fuperius actum, qui eam cum honorario longe lautiori, nempe 120. Florenor. utpote vel a primo hujufce Reftaurationis anno 1515. cum 60. ab initio conductus.

Dialecticam antea Bononiæ profeffus fuerat *Furnius* (*a*), & majori, ut verofimillimum eft, Stipendio. Verum cum tricas illas non potuerit non averfari; & effet fplendido loco natus, ut Fafti etiam Equeftres hujus inclitæ Religionis *Divi Stephani* præfeferunt (*b*), Gradus in Academiis, aliifque Urbibus honorificentiores, non vile lucrum, aucupabatur, & interim fibi femitam hanc ftravit, & alias opportunum iter.

Opera typis commiffa, nec iftius, nec alterius reperiuntur; prævalentibus enim in hac Schola *Nipho*, *Verinio* &c. lucem feveræ Critices pertimefcebant, quam nec ifti poftmodum omnino evaferunt (*c*).

§. XXXVI.

Paulus de Floravantibus Nobilis Piftorienfis, ut celebris Legum Doctor in Univerfitate Bononienfi, a *Mihaele Angelo Salvio* commemoratur (*d*); Revera tamen & Pifis Jurifprudentiæ Studia fub anno 1518. inftituerat [ubi orto Scholaftico quodam diffidio, per competens Tribunal, cum adhærentibus, ad concordiam redire coa-

(*a*) *Joan. Pafqual. Alidof. de exter. Doctor. Bononienf.* (*b*) *Clarifs. Præf. Bajuliv. Georg. Vivian. Marchef. Bonaccurf. in Muf. Honor.* (*c*) *Vid. Bruker. &c. Loc. alibi indicat.* (*d*) *Tom. III. Hiftoriar. Piftorienf. Lib. XX. ad an.* 1527.

coactus (*a*) eam ordinario loco, isthic profiteri cœpit anno 1522. cum *Sebastiano* Pauli *de Arrighis*, pariter Pistoriensi; cum cum *Johanne de Grisis*, Origine Pisano; cum *Angelo Volaterrano*; cum *Octaviano Mediolanensi*; & cum *Raphaele Gadisco Cremonensi*, celebri Causidico, & Pisani Archiepiscopi Vicario, de quo propterea *Arisius* (*b*).

Funde tuo lacrymas orbata Cremona Gadisco;

eamdemque Legalem Facultatem, saltem usque ad annum 1526. hic publice exponere minime destitit, donec & quousque perturbatæ quidem, sed labefactatæ nondum Etruriæ res penitus jacuerunt, prout ex ipsis Monumentis eruitur (*c*). Postea Bononiam commigrasse verosimilius est. Ignotum autem an hic, vel ibi, elucubraverit hæc, quæ ipsi tribuuntur Opera, videlicet: *Commentar. in Rubr. & L. I. ff. de solut. &c. in L. Hæc verba ff. de Legatis, & Fideicommissis primo, in L. Si quis pro eo ff. de Fidejuss.* (*d*).

§. XXXVII.

Aliis alibi laudatis ex Hispana Natione superaddere juvat alium, nempe *Franciscum Boezzam* Cordubensem, si non cele- brio-

F

(*a*) *Ex Cod. Pis. Univers. ab an.* 1517. *usque ad* 1526. *ubi pag.* 18. *inter adhærentes* Martius Forteguerra pariter Pistoriens. *&c.* (*b*) *In Sillab. de Causidicis Cremonens. pag.* 23. (*c*) *De præd. Professor. usque ad prædict. pag.* 78. 157. *& passim.* (*d*) *Joan. Bapt Zilett. in Indic. Libr. Legal. pag.* 23. *Com. August. Fontan. in Bibliot. Part. VI. Edit. Parmens. p.* 93. *&c.*

briorem, saltem ex ceteris non infimum, qui Jurisprudentiam in hoc Lyceo, ac ærate, & anno potissimum 1522. edocuit (*a*). Plane cum anno superius elapso, in hac Universitate Discipuli partes ageret, & tanquam Discolus, ab iis, quorum partes erant, extorris abactus fuerit, ut hæc ad Florentinos Dominos Gymnasii Moderatores data Epistola palam facit: „ Magnifici Domini nostri Observandissimi:
„ Commendatione præmissa &c. Perchè a
„ giorni passati Mes. Francesco Boessa Spa-
„ gnuolo fu esbannito per il Magnifico
„ Rectore per i suoi errori, e scandali, e
„ Vostre Magnificenze forse non sono ben'
„ informate, facciamo intendere a quelle,
„ come il ditto Banno è stato confirmato
„ per nostro Partito, per aver noi cogno-
„ sciuto ditto Mes. Francesco Baessa esser
„ Homo rixoso, e di mala Vita, e non
„ solamente quest' Anno, ma l' Anno pas-
„ sato aver fatto molti scandali in questa
„ Città. V: Magnificentie sono Sapientis-
„ sime, e a quelle non diremo altro: in
„ gratia delle quali di continuo ci racco-
„ mandiamo.

„ Pisis ex Palatio Domini Rectoris
„ Die 8. Jan. 1521.

„ Servitores Consiliarii Universit.
„ Studii Florent. & Pisani.

Nisi hæc ipsi calumniose, & falso objecta deprehensa fuissent; vel in eo ferme instantanea quædam immutatio secuta fuisset, Lectura compos factus minime reperiretur, quum in mente præeligentium, boni mores præ oculis haberi soleant, ac de-

(*a*) *Pred. Lib. Universit. ab ann.* 1517. *&c. pag.* 38. *terg.*

debeant (*a*). Resipiscentiam hanc in eo supponimus cum ita natura comparatum sit, & experientia comprobatum, ut alacrioris Spiritus Juvenes facile mutentur, novumque vitæ genus, plerumque in melius ineant, atque suscipiant. Hoc de *Boessa nostro*, pro certo ausim affirmare, cum is fuerit, qui diversa ingenii sui specimina præbuerit, & amantissimi Præceptoris sui *Philippi Decii* Vitam conscripserit, & jampridem Advocati Consistorialis munus cum laude obierit (*b*).

§. XXXVIII.

Inter Nobiles Florentinæ, ac Patriæ Urbis Advocatos recensitus *Nicolaus* Francisci Mariæ *de Nobilibus*, postremi ex nostris *Vexilliferis* (*c*), pariter inter Pisanos Juris Civilis Stipendiarios Interpretes, honorificum locum occupabat anno 1524. (*d*). Ob novum Studii imminentem lapsum, in Patriam reverso, atque Urbanis, Exterisque Guberniis, per ætatem, admoto, illud ei tristissimum accidit, quod Volaterræ, ubi Capitanei munus gerebat (*e*), a se ipsis descifcentes, partim Florentinæ Reipublicæ; partim *Clementi VII.* ceterisque Mediceis adhærentes, in maximas angustias redactæ fuerint; quamobrem, & ipsi non mediocriter periclitandum. Exti-

F 2 tit

(*a*) *Ex L. Magistros VII. Cod. de Professor. & Medic. Lib. X. & L. un. Cod. de Profess. qui in Urb. Constantinop.* (*b*) *Vid. Edit. Oper. an.* 1539. *in princ.* (*c*) *Prælaud. Jos. Rustic. ad L. Cum Avus Lib. I. cap.* 13. *num.* 27. *Bened. Varch. Histor. Lib. XII.* (*d*) *Monum. Scholastic. in Archiv. Universit. sub d. ann.* 1524. (*e*) *Prædict. Varch. Lib. anteced. nempe XI.*

tit hic, Medicei nominis hostibus, atque Oppugnatoribus infestus; & quamvis natura negaret, contumeliosos quosdam in eos versus, nec satis probatos, probandosque, ab eo indignatio effutiit; & Pontifici *Clementi*, cui blandiebatur, legendos obtulit (*a*).

Memores hujus erga Pontificem benemerentiæ, ac propensæ voluntatis, si non in ipsum jam vita functum, in quamplurimos ex ejus successoribus, beneficia quam maxima contulerunt; neque celsissimam Senatoriam Dignitatem denegarunt (*b*). Respectus quoque habitus ad vividam eorum indolem, & ad illustrem eorumdem originem, quam ab antiquissima nobilissimaque *Benvenutorum* Familia, in Galliis a Rege *Carolo V.* novis honoribus aucta, repetit *Dominicus Mannius* in suo pererudito *Opere Sigillorum*, ubi Sepulcra, ac Insignia, *in Ecclesia Florentina S. Blasii* existentia profert, ac *Jo. Laurentio de Nobilibus* Florentinæ Academiæ Exconsuli benemerentissimo D. D. D. (*c*).

§. XXXIX.

Acturis de *Marco Antonio Bellarmato Senensi*, qui sub anno 1525. nedum Pisis Juris Civilis Cathedram moderabatur, sed & *Philippo de Burgo Vicerectori* præerat Assessor (*d*), nonnihil *Ugurgerio*, *Giglio*, *Pancirolio* (*e*), aliisque de eo scribentibus juvat addere; nonnihil etiam in iis emendare.

(*a*) *Præcit. Varch. præcit. Lib. XII. Historiar.* (*b*) *Joseph. Mann. in Ser. Senat. pag. 69.* (*c*) *Tom. XIV. Sigillor. I. pag. 3.* (*d*) *Lib. Universit. Pisan. ab ann. 1517. pag. 53.* (*e*) *De Clar. Lib. II. cap. 165. Lil. in Diar. Ugurger. in Pomp. Senens.*

dare. Et primo quidem, nomen Patris supplendo, dicimus ex præallegato nuper Monumento constare ex *Hyppolito* fuisse procreatum. Circa Familiam vero, ex Patriarum Rerum scientissimo *Celso Cittadinio*, quem sequitur Eruditiss. *Hubertus* Benevolientius, eam inter Priorum Sellas, vel ab anno 1251. in Persona *Bartholomæi Raynerii Bellarmati* occupantes, recenseri (*a*). De Senensi Lectura, Pisanaque non ambigitur; Et quod ad nostram, licet ipsi, simulque *Decano Coscio*, gloriam readaperti sub Principatu Gymnasii non denegemus [docuit enim uterque sub *Cosmo I.* gloriosissimo ejus Reparatore an. 1543. (*b*)]; tamen prior Epoca Conductionis hujus *Bellarmati*, ad tempus aliquanto anterius, ex antedictis, retrotrahenda est.

Præter Opera Juridica eidem tributa, videlicet *Commentar. super Tit. Digestor. de Acquirenda Possessione, & L. I. ff. de Offic. ejus &c. & in Rubr. & L. I. ff. de Legat. & Fideicommis. 2.* (*c*): *MS.* *Chartam Dominii Senensis*, eidem tribuit *Benevoglientius*; & *Panciroi. Comœdiam*: quæ, utpote forsan inedita, Civibus etiam suis cultioribus, est prorsus ignota. In eo autem patentissime deceptus deprehenditur ipsemet *Pancirolius* loco præcitato; & ipsius vestigiis inhærens *Konigius* (*d*), quod Pi-

F 3 sis

(*a*) *In Epistol. MS. ad Clariss. Theolog. Jo. Petrum Fancellium q. Colleg. Nost. modo Prior. General. Servor. quæ ap. Nos asservatur.* (*b*) *Rotul. Academic. d. an. in Archiv. Florent. supr. Magistrat.* (*c*) *August. Fontan. Biblioth. Legal. P. I. in Verb.* M. Anton. *& P. VI. pag. 26.* (*d*) *In Bibliotb. Veter. & Nov.*

fis anno 1540. memoriæ prodiderint occubuiſſe, cum luce meridiana clarius appareat, Triennio poſt cum Clariſſimo Collega *Franciſco Coſcio*, Juriſconſultorum Piſanas Cathedras exornaſſe, ut prænotavimus (*a*).

§. XL.

Inclytæ Familiæ *de Altovitis*, & ſignanter *Nicolao Simonis Filio*, quondam Juris Civilis Anteceſſori noſtro, debitum laudis gratique animi officium præſtitum, in uno ex antecedentibus (*b*). Alii duo, ex ordine, modo ſuppetunt, ſi non commendandi: quod opis noſtræ, pro Dignitate non eſt; ſaltem ex fide, recenſendi.

Prior eſt *Bardus* Johannis Filius, qui ſub an. 1526. Juriſprudentiæ enucleandæ operam navans egregiam (*c*), & validiſſimum in Foro Clientibus impertiens Patrocinium, gratus aſpectu, gratior eloquio, poſtremam hanc Dotem ſibi a ſupremo bonorum omnium Largitore datam, in Florentinæ Reipublicæ commodum impendit Orator ad Senenſes, ex publica Delegatione conſtitutus; ad *S. P. Clementem VII.* Et quod erat arduum magis negotium & operoſius, ad ſtipulandas cum Pontificiis Cæſareiſque Exercituum Ductoribus, Rerum fere potitis, certas æquaſque Conventiones: quod demum ipſi, tribuſque aliis ſpectatiſſimis Sociis, nempe *Laurentio Strotio*, *Jacobo Morellio*, *Jacobo Gianfigliatio*; & quoad Cæſareos, cum *Galeotto Junio*,

[*a*] *Ex præd. Tabular. Domin. Conſiliar.* [*b*] *In Op. VIII. §. X.* [*c*] *Alb. Profeſſor. d. an. & an.* 1522. *in Lib. Univerſit. præcit. & Hieronym. a Summar. in Collect.*

nio, & *Petro Francisco Portinario*, non infeliciter obtigit (*a*).

Calcar, eadem ætate, *Bardus* addebat non mediocre, cum in hoc professorio munere, tum in aliis Civilibus obeundis, *Thomæ* (*b*); adeo ut de ipso quoque pronunciari, jure meritoque possit, lucem, Clarissimæ alioquin huic Familiæ, addidisse.

§. XLI.

Magnanimum virum, & ab omni avaritiæ labe alienum (*c*); & quod ad rem nostram spectat, in publicis prælectionibus, extraordinem habendis probatum; dein vero in Jure Cæsareo quotidie docendo probatissimum, commemorare nunc opus (*d*); nempe *Galeottum Giugnium* Aloysii Florentini Patricii Filium. Ut erat suorum alienorumque Jurium strenuus tutator ac vindex, non renuit, post compositas inter Pontificem, & Florentinam Rempublicam, eo quoque Mediatore, sed auctore Cæsare, discordias, pro Florentinis Civibus a Patria extorribus, & Mediceo nomini adhuc infestis, Legationem ad ipsum Imperatorem suscipere; & mitioribus, quibus decuit verbis, intimioribus Aulicis, & ipsius Cæsaris auribus, Prætorium illud insonare: *Pacta servabo*, *ait*

[*a*] *Jacob. Nard. Lib. IX. Bened. Varch. Lib. VIII. & XI. Philipp. Nerl. Comment. Lib. X. & seq. in princ.* [*b*] *Præcit. Lib. Universit. ab ann.* 1517. *sub an.* 1525. *Gamurr. Tom. I. Genealog. p.* 466. [*c*] *Benedict. Varch. Historiar. Lib. VIII.* [*d*] *Ex Lib. Universit. ab an.* 1517. *sub an.* 1522. & 1526. *pag.* 38. & 48.

Prætor (*a*). Ad Venetos quoque, & Ferrarienses jampridem Legationem suscepisse cum *Bartholomæo Gualterotto*, ad eos in Officio fœderis continendos, memoriæ prodidit *Jacobus Nardius* (*b*).

Cum alias quoque facultates apprime calleret, & ingenio præstaret alacri, vivido, & excitato, in Poeticis quoque calamum exercuit, & in laudem *Lucæ Gaurici Neapolitani*, Mathematici sua ætate Nobilis, carmen exstare memoriæ traditum est (*c*): quod indicio nobis aliquatenus videtur eas quoque artes non ignorasse.

§. XLII.

Cæteris inconcussa veritate suffultis, quæ in Elogio *Matthæi Niccolini Genitoris*, obiter de *Angelo* Florentino Senatore, Senensis Ditionis Gubernatore, suadente *D. Carolo Borromeo*, Pisano Archiepiscopo, ac demum S. R. E. Cardinale meritissimo jam protulimus (*d*), juvat nunc & illud adjicere, eumdem ipsum nostra hæc Auditoria, præter Senensia frequentasse (*e*); immo Pisanas Cathedras, in prima Juventa, non tam conscendisse, quam exornasse Juris Antecessorem, & inclito Jurisconsultorum Collegio, cum præd. *Thoma Altovita*, & *Paulo Floravante* suisse adscriptum; nec multo post præfuisse Priorem

anno

(*a*) *Philipp. Nerl. Lib. XI. & XII. Commentarior. Id. Varch. Lib. XIV. ad an.* 1534. (*b*) *Lib. Historiar. VIII. sub ann.* 1527. (*c*) *Jul. Negr. in Bibliotb. Scriptor. Florentin. in verb.* Giugni. (*d*) *In Opusc. X.* §. 28. *ex Thuano L.* 15. *aliisque*. (*e*) *Ignat. Ursulin. in Ser. Pontific. & Card. Florent. pag.* 332. *Jacob. Rill. in Notit. Acad. Florent. illustr. pag.* 85. *&c.*

anno 1525. (*a*). Quod ad Senenses vero in Generali Gubernio ejus Urbis sibi commisso, peculiariter Academiam illam ita curasse, ut ei qui Publico Magisterio in ea potiri exoptasset, necessum fuerit potius *Nicolinio* arbitro, quam administro uti: adeo per sagacissimum Principem *Cosmum* limatissimo ejus judicio, fidei, & integritati delatum (*b*)!

Redeundo autem ad nostrum Gymnasium, pleraque, quæ aliunde etiam mihi exploratissima sunt, libet ex Authentico quodam Diplomate, quod in prædivite *Nicoliniæ Domus* Promptuario adservatur, comprobare. Ejus Exemplum, usus amica manu Alumni quondam nostri eruditissimi, nunc meritissimi Juris utriusque Doctoris *Joannis Gianni* Patritii Florentini, mihi dono dedit Spectatissimus Vir, in Græcis, Latinis, Thuscisque Literis apprime versatus Abbas *Antonius* Marchio Pontis Sacci, & Camuliani &c. Alumnus, & ipse quond. Noster, Nostrique Ordinis, nullo non tempore amantissimus; præsertim vero *Josephi* Præceptoris *Averanii*, cujus Marmoream Effigiem, in primo Claustro PP. Prædicatorum *D. Marci*, Florentiæ, propriis sumptibus æternitati commendatam voluit; & cujus præclara gesta, domesticus inspector & admirator, nitidissima nec non elegantissima Oratione perstrinxit (*c*); & cujus posthuma Ope-

[*a*] *Lib. Pisan. Universit. in eod. Archiv. ab an.* 1517. *ad* 1526. *p.* 48. *&* 54. [*b*] *Vid. amplis. Collect. Epistolar. Junioris Cardinal. Medic. Rom. Edit. pag.* 425. [*c*] *Edit. typ. Cajet. Albizzin. Florent. an.* 1746. *Tom. II. Lection. Tusc. d. Joseph. Averan.*

ra, quæ ad Jurisprudentiam pertinent, Summariis aucta, edenda curavit (a), & Etrusca, quæ ad Eruditionem spectant, edenda curat. Quale Diploma eo lubentius hic Publici Juris fit, quod in eo certior caussa, & occasio collapsi iterum, ante *Cosmianam Reparationem*, Pisani Gymnasii commemoretur; quod ibi præstantium quorumdam Professorum ex iis, quos supra recensuimus, honorifica mentio fiat; & demum quod ibi peculiare signum apponatur, quo J. C. Collegium uti consueverat eo tempore, nempe *Virginis in Cœlum Assumptæ*, circumpositis his verbis: *Collegium Pisanum Doctorum Legislatorum*. Sic itaque se habet.

Dei Optimi Maximi, atque Deiparæ Virginis postulato suffragio.

„ NOs Doctores utriusque Juris Collegii Almæ Pisarum Academiæ solemniter congregati in loco solito, ubi hæc, & similia collegialiter expediri solent, misso, & obtento prius tamen partito, universis, & singulis Christifidelibus tam Clericis, quam Laycis quacumque dignitate etiam suprema, sive authoritate fungentibus, ad quos præsentes Nostræ Litteræ pervenerint, pacem, gaudium, & salutem. Noveritis qualiter pro parte Illustrissimi Domini *Angeli Niccolini* utriusque Juris Doctoris Patritii, & Clerici Florentini, necnon Consiliarii Locumtenentis, & Gubernatoris Civi-

[a] *Vid. Præfat. ad Edit. Lugdunobat. an.* 1746.

„ Civitatis, & Status Senarum pro *Illu-*
„ *strissimo*, & *Excellentissimo Domino Duce*
„ *Florentiæ*, & *Senarum* fuit Nobis expo-
„ situm, quod cum ipse per plures annos
„ in hoc Nostro publico Gimnasio Juri-
„ pontificio, Cæsareoque operam dedisset,
„ denique anno ab Incarnatione Domini-
„ ca millesimo quingentesimo vigesimo ter-
„ tio, seu paulo ante, vel post, tum pro-
„ moventibus præclarissimis Jurisconsultis
„ in eodem Pisano Gimnasio, tum profi-
„ tentibus *Domino Philippo Decio Mediola-*
„ *nensi*, *Domino Hermannotio Deto*, & *Do-*
„ *mino Joannatio de Capponibus Florentinis*,
„ rigoroso præcedente examine, dignus fuit
„ existimatus, ut Pontificii, Cæsareique
„ Juris ornamentis, gradu, ac insigniis ho-
„ nestaretur, prout ab eodem Domino Phi-
„ lippo insignitus extitit, ac denique in
„ eodem Gimnasio per nonnullos annos
„ Juris Civilis Lectionem publice interpre-
„ tatus est, quo tempore, tamquam unus
„ ex Collegio Doctorum legentium, om-
„ nibus utriusque Juris Doctoratus Digni-
„ tatem, atque insignia postulantibus, exa-
„ minandis approbandis, ac interdum &
„ promoventibus assidue interfuit; ac de-
„ mum propter Bellorum casus Pisano stu-
„ dio collapso, seu intermisso, ipse idem
„ Dominus Angelus tam Florentiæ, quam
„ alibi consulendo, de Jure respondendo
„ cæterosque Doctores Actus publice exer-
„ cendo in pacifica quasi possessione Do-
„ ctoratus ab inde, & citra permansit, li-
„ cet aliquando gravioribus Principis sui
„ jussu negotiis impeditus Jurisprudentiæ
„ studium intermiserit, cumque sibi colla-
„ tæ Dignitatis ejusmodi in utroque Jure

„ publicum Documentum habere, eoque
„ uti nonnullis juſtis de cauſis eſſet expe-
„ diens, adhibita fuit ex Mandato ejuſ-
„ dem Domini Angeli ſumma in inſtru-
„ mento dicti ſui Doctoratus perquirendo
„ diligentia, præſertim penes nonnullas
„ mulieres &c. Bernardini Pittæ tunc Pi-
„ ſani Archiepiſcopatus Cancellarii here-
„ des, prout Nobis fidem fecit infraſcri-
„ ptus ſ. Julius Noſter Cancell. quod
„ tandem nullo pacto repertum extitit,
„ nec reperiri poſſe ulla ſpes remanet ul-
„ terius, Tabellionis negligentia, vel di-
„ ctarum mulierum ipſius heredum incu-
„ ria, vel temporum vitio, quod in plu-
„ ribus aliis ſimilibus, atque eadem tem-
„ peſtate per eumdem Tabellionem confe-
„ ctis inſtrumentis accidiſſe dignoſcitur,
„ quæ non reperiuntur, & ſine dolo malo
„ deperdita exiſtimantur. Quapropter pro
„ parte ejuſdem Domini Angeli fuimus
„ debita cum inſtantia requiſiti quatenus
„ de prædictis omnibus legitime informa-
„ ti, oportunaque diligentia, ac inquiſi-
„ tione adhibitis teſtimonium perhibere-
„ mus. Nos igitur petitionibus hujuſmodi
„ utpote honeſtis, ac rationabilibus an-
„ nuentes, præmiſſa diligenti inquiſitio-
„ ne, ac informatione tam ex depoſitio-
„ nibus teſtium de iis tamquam certis, &
„ ex parte notoriis notitiam habentibus,
„ quam ex aliis legitimis probationibus,
„ & præſertim ex aſſertionibus plurium
„ Doctorum antiquiorum ex noſtro Colle-
„ gio, qui præſentes fuerunt ejus Docto-
„ ratui; & ejus lectiones audierunt, &
„ prout, & latius conſtat ex libro Colle-
„ gii tunc temporis, in quo ſcriptum re-
peri-

„ peritur ipsum fuisse de Collegio, & prio„rem extitisse, plenam, ac indubiam fi„dem facimus, ac attestamur, omnia, & „singula superius narrata vera fuisse, & „esse, eumdemque præstantissimum *D. An-„gelum anno quo supra M D. XXIII.* seu „paulo ante, vel post, in Pisana Acade„mia in utriusque Juris Consultorum nu„merum fuisse cooptatum, & ejusdem Di„gnitatis Insignia in Pisano Collegio pu„blice consequutum Instrumentumque su„per inde confectum, facta etiam ex Man„dato Nostro diligenti rimatione non re„periri, & eumdem Illustrissimum Domi„num Angelum quampluribus annis pu„blice profitendo, legendo, consulendo, de „jure respondendo, ac ceteros Actus fa„ciendo, qui a Juris utriusque Doctori„bus fieri consueverunt, maximam sibi glo„riam comparasse, & Juris tam Canoni„ci, quam Civilis Doctoris munus sum„ma cum laude exercuisse, & eundem ab „anno dicti sui Doctoratus, & citra Ju„ris utriusque Doctorem vere fuisse, & „esse, & pro tali publice habitum, lau„dabiliter se gessisse testamur, & adhi„bita per nos causæ cognitione omnia ea „qua fungimur Authoritate, ac potesta„te, eumdem præstantissimum Virum Il„lustrissimum Dominum Angelum Juris „utriusque Doctorem fuisse, & esse ple„nissime testamur. Et salvis præmissis „etiam ex abundanti adhibita nuper di„ligenti inquisitione, & de Doctrina, & „moribus, necnon de præstantissimis ani„mi Dotibus hujus sapientissimi viri ple„ne instructi, ac informati, dicimus, te„stamur, ac fideliter referimus eumdem

„ præclariſſimum D. Angelum ad alios docendos in Pontificio, Cesareoque Jure ſatis ſuperque habilem, atque idoneum fuiſſe, & eſſe. In quorum omnium, & ſingulorum fidem, robur, ac Teſtimonium hanc publicam Fidem per publicum Inſtrumentum per Ser Julium de Palaria Not. Piſan. & Cancell. Noſtrum infraſcriptum fieri mandavimus, noſtrique ſoliti ſigilli impreſſione muniri. Datum Piſis ex Noſtra ſolita reſidentia D. I. A. M.D.LXIII. ſtilo Florent. Ss. Dom. Rom. Cur. & M. D. LXIIII. more Piſ. Ind. ſeptima. Pontificatus SS. in Chriſto Patris, & Dom. Noſtri Dom. Pii divina Provid. PP. quarti anno ejus quarto.

„ Julius Gherardi de Palaria Not. & Civis Piſ. Cancell. ſententiæ Magnif. Doctor. & Almi, & fælicis ſtudii Piſ. de Mto. ſubſcripſi.



Præstat hic quoque, ad designanda alia tanti Viri decora, certioremque mortis annum, Sepulcralem Inscriptionem, a *Joanne* Senatore Filio, quo nullus magis conscius Testis, in Sacello Familiæ in Florentina Ecclesia *S. Crucis* ei positam subnectere, quæ ita se habet:

Angelo Nicolino Matthæi Filio, Angeli Nepoti
Juris C. D. ac Senatori Clarissimo
Cosmi Hætruriæ Magni Ducis Consiliario
Qui primo ad Paulum III. Pont. Max.
Et Carolum V. Imperatorem
Legationibus egregie functus,
Deinde
Senarum Gubernationi Præpositus,
Itemque Pisanæ Ecclesiæ Archiepiscopus,
Postremò
A Pio IV. in Cardinalium Collegium cooptatus,
Integritatem, & innocentiam suam omnibus
Probavit.
Obiit Anno Salutis MDLXVII. ætatis LXVI.
Joannes Filius legitimo Matrimonio procreatus
Patri Optimo Posuit (*a*).

Post exaggeratos in antecedenti Diplomate Bellorum casus; & intermediam Pestem Pisis anno 1525. Pestem quoque, summamque rerum charitatem, Florentiæ anno

[*a*] *Relat. passim a Gamurrin. Tom. I. Genealog. a Jacob. Rill. Loc. præallegat. a Franc. Orlend. Orb. sacr. &c. Par. II. L. 3. c. 25. sed accurat. a prælaud. Ursulin. Part. II. pag. 332. cum qua conven. noviss. Edit. a P.* Joseph. Richa *Societ. Jes. in Notit. Historic. Eccles. Florentin. Par. I. Tom. I. pag.* 121.

anno 1527. & 1528. (*a*); amissumque, per præfiniti temporis lapsum, *Leonianæ Bullæ* Privilegium superius relatum, opportunum videlicet Decimarum Ecclesiasticarum subsidium, rursus Pisanum Athenæum obmutuit, ut fusius in præliminari hac nostra narratione deploravimus.

[*a*] *Bened. Varch. Lib. Historiar. XIII. Bernard. Segn. Hist. ad præd. an. Scip. Ammirat. Histor. Part. II. Lib. XXX.*

INDEX

Personarum, & Rerum magis notabilium, ad Pisanam Academiam aliquomodo pertinentium in primis duodecim Opusculis *S. M. F.* contentarum.

Opera, ac studio

LAURENTII M. FABBRUCCII

Presbyteri Florentini, Auctoris Agnati, & Alumni concinnatus.

A

Anti-

De Castro Bononiensi (Jo.) Op. XII. §. 28.

De Monte Catino (Hugolinus) Op. IV. pag. 8.

Catastinus (Angelus) Op. IX. pag. 62.

De Cavalcantibus (Jo.) Op. IX. p. 87.

Cecchius (Laurentius) Op. XI. pag. 51.

Cherichinius Barduccius (Fr. Bernardin.) Op. V. pag. 50.

Cennius (Philippus) Op. VIII. §. 5.

Cerretanius (Jo.) Op. IX. §. 17. Item *Nicol.* Op. XII. §. 17.

Chizzolius (Albertin.) Op. VI. pag. 4.

De Cesano (Leonard.) Op. X. §. 6.

Ciarius (Bartholom.) Op. IX. §. 4.

Cioli (Laurentius) Op. XII. ad an. 1514.

Cocchius (Antonius) Op. V. pag. 62.

Cofanus (Luc. Ant.) Op. VIII. pag. 6.

Compagnius (Jacob.) Op. XII. §. 26.

Commissarii Urb. Pis. & Consulum Maris aliqua in Rebus Academicis Jurisdictio Op. X. pag. 26. & Op. XII. passim.

Corneus (Philipp.) Op. VI. pag. 55.

Conversinius (Benedictus) Op. XII.

Corbinellius (Jacob.) Op. XII.

Corsinius (Lucas) Op. X. §. 8. Item *Americus* Op. IX. pag. 87. Item *Bertoldus* Op. V. pag. 3.

Corsellinius (Paul. Anton.) Op. X. p. 75.

De Cortonio (Sigismundus) Op. VIII. pag. 52.

Corsus (Bartholóm.) Op. XI. pag. 111.

Cospius (Paulus) Op. VI. pag. 15,

De Cremona (Jacob.) Op. XII.

Crotus (Jo.) Op. XII. §. 12.

Curtius (Franciscus) Op. XII. §. 7.

Matthæus d. Op. XII. §. 8.

D

E

Edi-

Edictum translationis Universitatis Florentinæ in Pisanam cum quibusdam Indultis ac Privilegiis E. g. Exemptione a vectigalibus Librorum, supellectilium Op. V. cui tit. *Præcipuorum &c.* pag. 3. 14. 17. &c.

Redeundi ad Pisanam sub certis pœnis, & nisi ibi studeatur, & Laurea sumatur Op. V. pag. 14. & Op. VIII. vers. *Vertente eodem anno*. Item Op. X. pag. 64.

Translationis in Pistoriensem Urbem Op. VIII. cui tit. *Monum.* versic. *His ita constitutis*.

Reditus in Pisanam ibid. versic. *Reducem &c.*

In Pratensem bis, prima in Op. IX. pag. 4. secunda Op. X. pag. 5.

Translat. in Florentinam Op. XI. pag. 19.

Item novi regressus in Pisanas Sedes cessantibus præd. caussis Op. X. pag. 7. &c.

Edictum circa Publicarum Prælectionum ac Disputationum a Professoribus habendarum modum; & quod ad discipulos, facta prius ostensione, & obtenta earumdem Thesium disputandarum permissione Op. XII.

Item aliud de non arguendo indecenter contra Clarifs. Professores; aliave ratione abutendo utili eorum Magisterio d. Op. XII.

Item de non ludendo certa quadam anni parte ibid.

Item de non evaginandis armis intra Scholarum Theatrum, immo neque ferendis impune ibid.

Item de non injurandis discipulis; nec publica auctoritate carceri mancipandis absque permissu Rectoris; aut cum immedia-

ta

F

L

M

Franc.